



Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

76

F 11.2

NOVUM
FLORILEGIUM
SELECTISSIMARUM
P R E C U M.

Munificentia
SPECTABILIS AC MAGNIFICI
Domini, Domini

**PAULI
ANDRASSY**

Liberi Baronis de SzentKirály,
perpetui in Kraßnauorka, Equi-
tis aurati. Sacræ Cæsareæ, Regiæq;
Majestatis Militiæ Hungaricæ Co-
lonelli, Præsidij Strigonien-
sis Capitanei, &c.

Devotioni fidelium oblatum.

TYRNAVIE TYPIS ACADEMICIS, PER
JOANNEM ANDREAM HÖRMANN, ANNO 1699.

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 18. j./



Petite, & dabitur vobis: quæ-
rite, & invenietis: pulsate,
& aperietur vobis. Mat-
thæi cap. 7. v. 7.



Spectabilis ac Magnifice D.D.

Festorum Principem, quem nomen
nerefors factore reliquias exhibes, quam
voce imiteris. Quantum tibi cura
sit glorie DEI amplificanda studi-
um. palam facis, novis inter Ca-
stra, & prelia honoris Divini Zelotes, dum non
contentus privata religione DEUM, Calig. In-
digetes constantissimo venerari, nulla unquam
bellici tumultus tempestate prepeditus, sis tuba
Divinarum laudum, easq; non communis, sed ar-
gentea, dum tot linguis quoꝝ literis, vindicato &
vetustato precū florilegio, & adiulso in pulcher-
rimos illud fructus animarū facis progerminare.

O! si non vetuisses Spect. ac Magnifice Domi-
ne! quam ad omnia pietas tibi hac sit utilis,
quam de m' tibi militieq; glorioſa, enarrare tua
proinde tantum virtutis, quod non prodaris,
irascere, & laudanda potius mavis agere, quam
laudata audire. Extollerem sane in te, si per se
liceret benignitatem in subditos, in pauperes
munificentiam, in egenos liberalitatem, affabia-
lem in omnes morum prudentiam, maritatem
pulcherrimo fadere cum virtute intelligendi aci-
em, cum utraq; gloriam nominis & familie
splendorem, qui nescio ante magis suo lumine, an
tu illum heroicorum facinorum gloria illustres.

Sed neq; vacat bellator, magne per triumpha-
les tuos passus cogitationem ac stylum circumdu-
cere: grande enim opus est expeditionum tua-
rum corsum, quas pro DEO, & patria ab an-
nis septemdecim obis vestigare, computare pre-
lia, recensere triumphios. Unum, non nisi volan-
te calamo, at tuos plauſus utcunq; aſsequar, he-
roicum facinus tuum, quoꝝ nulla potest abolere
verba

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 18. j./

d

vetustas, ad immortalem tui nominis & Hungarica gentis gloriam, placet delibare. Post Mohacsenses, Nissze, & Belgradi laureas, quas in Turcarum cruento ad decorum purpuraveras, ad Szallan kamen, hoc est, in immenso illo periculorum, ac gloria theatro, in sanguinaria illa dimicantis totu virium connissio, cum selecto Christianitatis robore, barbarorum rabie, quid egeris triumphalis magnorum Ducum Comilito, si homines taceant, loquentur campi, & velut amula vocis Echo flumina reciprocabunt partem te non postremam victorie illius Deo auspice, comite virtute tua, fuisse, dum dissipatas jam, nutantes, ac pene emortuas acies in vitam reanimasti, & celerior fulmine, in suppetias non speratas tuis cum Hungaris ad volans, ferocientem Turcarum impetum mitescere, imo fugere coegisti, ac super stratos hostilium cadaverum acervos fidelitatis ac fortitudinis Hungarice erexit i trophya.

Quid memorem capum heroë manu tua ad Tibiscum insignem Bassam, & cum eo vinculatam prostrati tunc exercitus hostilis fortunam. Quid Tokainum, quid reliquos Ungarie fines in quibus adeo semper tibi, Fideli, Pio, Constanti, Numen aderat, ut inter densos cadentium & assultantium hostium caueos, heroë in victoria passus ovanti similis incederes, & ab impotentibus deducereris potius ad gloriā, quam premereris.

Requiesce jam bellicis à laboribus Spec. ac Mag. Domine saturatumq; hostili cæde, hebetatu in jugulis, ac Barbaroru vultibus ensem, paci consecra in anathema, & vale. Divinarū interim eternitatem gratiarū ac parem meritis immortalsbus in pace precatur fortunam.

Honori Tuo devota

Typographia Tyrnaviensis.

(i)



ACTUS VIRTUTUM

Erga

SS. Trinitatem crebrius usurpandi.

Adoro Te Sanctissima Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; tres Personæ, unus & solus Deus. Dejicio me in abyssum mei nihili, sub conspectu Divine Majestatis Tuæ. Credo firmissime, paratus mille vitas profundere, in contestationem omnium eorum, quæ nobis in sacra scriptura revelasti, & per Ecclesiam tuam credenda proposuisti. Omnem spem & consolationem in Te colloco, & quid quid possum habere boni, sive spiritualis, sive corporalis, & in hac & in altera vita, id totum desidero, spero & volo solùm consequi de Tua manu Deus meus, vita mea, & unica spes mea. Consigno tibi hodie, & in perpetuum, corpus & animam meam, omnes potentias meas, memoriam, intellectum, voluntatem, & omnes sensus meos.

A

Pro-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

Novum Florilegium

Protestor, me non consentire, neq;
consensurum unquam, quantum in me
est in ullam rem, quæ fiat vel cum mini-
ma offensa Tuæ Divinæ Majestatis. Pro-
pono firmissimè, impendere omne esse
meum, facultates, ac vires meas, ad ser-
vitium & gloriam tuam. Paratus sum
suscipere quacumque adversitates mihi
Paterna Tua manus immiserit, ad dan-
dum gustum beatissimo Cordi Tuo.
Vellem totum me quantus quantus sum,
impendere, & procurare, ut ab omni-
bus Tibi serviatur; atquè omnes homi-
nes, Te glorificant & ament Deum Cre-
atorem suum. Gaudeo summè de Tua
æterna felicitate, & exulto de Tua tam
magna gloria, in cœlo & in terra. Gra-
tias tibi ago infinitas pro innumeris be-
neficijs, quæ mihi & toti mundo collata
sunt, & in dies incessanter à benignissi-
ma Tua providentia conseruntur.

Amo tuam infinitam Bonitatem pro-
pter seipsum, ex toto affectu cordis & ani-
mæ meæ; & vellem si possem, amare eo
amore, quo Te amant Angeli & homi-
nies justi, cum quorum amore con-
jungo imperfectissimum amorem me-
um. Offero Divinæ Majestati Tuæ, in

unio-

Selectissimarum Precum.

unione meritorum, passionis, vitæ &
mortis Christi, Beatissimæ semper Virgi-
nis, & omnium Sanctorum, ex nunc, pro
semper, omnia opera mea, pretiosissimo
Sangvine Iesu Redemptoris nostri lota, &
involuta. Statuo omnino, participem
me facere, quantum possibile est, Indul-
gentiarum per actiones hujus diei, & illas
applicare per modum suffragij pro anima-
bus purgatorij. Volo etiam omne illud,
quod possum offerte in pœnitentiam, &
satisfactionem meorum peccatorum.

Daus meus, cum Tu sis infinitè dignus
omni amore & servitio, siquidem Tu es,
qui es; doleo, quantum possum maxi-
mè, de omnibus meis peccatis, illaque
detestor, supra omnia alia mala: peto hu-
millimè veniam, facioque firmissimum
propositum, nunquam offendendi Tu-
am Bonitatem in æternum. In Tua vul-
nera me projicio ô Iesu! ibi me absconde,
& defende, hodie & semper, donec
mihi largiaris gratiam videndi Tui, &
amandi in æternum, Amen.

JESUS, MARIA, JOSEPH.
Vobis dono meum Cor & Animam
meam.

A 2

Pra-

*Praxis quā manē totius diei opera
DEO utiliter consecrantar.*

Omnipotens sempiterne Deus, ego, licet undecumquè divino tuo conspectu indignissimus, sisto me tuæ divinæ Majestati, & gratias ago, quas possum maximas, quod hunc quoque diem mihi concesseris incolumus, quo porrò possim te Deum meum laudare, & amare. Detestor proinde, & ex animo mihi dolent omnes pervertæ cogitationes, verba, opera, omissiones, sive mortiferæ, sive leves, quas unquam à prima ætate usque ad hoc momentum contra tuam infinitam Bonitatem, & perfectionem admisi, cum te jam amem super omnia summum bonum, cui soli post hac fideliter servire desidero: quare offero tibi, O Beata Trinitas! omnes tam bonas, quam indifferentes cogitationes, verba, opera, omissiones, commoda, incommoda, adversitates, angustias, contemptus, irrisiones &c. idque totum in Sacratissima passione, ac meritis suis internis, ac externis, Domine Jesu, Beatae Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, pro satisfactione peccatorum meorum, pro au-

gimento gratiæ, & gloriæ, pro felici meo, & meorum successu in rebus agendis, pro necessitatibus Ecclesiæ Catholicæ, pro animabus purgatoriij &c quæ omnia ex mero tui amore tibi summo bono, & digno, cui omnes creature proposse suo deferviant, oblata cupio, O mi Jesus! ut gratior hæc mea laus fiat, opto, ut omnes Angeli & Sancti te mecum toto die, ac omni vitæ tempore laudent, glorifcent, benedicant Deum benedictum in sempiterna sæcula, Amen.

Alia brevior.

Domine Deus præsentissime mihi, & omnibus Creaturis, Deus infinitæ Majestatis & amoris; amantissime Pater omne bonum, & omnis boni principium, de quo loctor; offero tibi hanc diem, & cunctas diei hujus cogitationes meas, verba & opera, ad imitandum Jesum & Mariam cum omnibus Sanctis, offero ad eos fines, qui tibi semper maximè placent.

Suscipe Domine universam meam libertatem, accipe memoriam, voluntatem, & intellectum omnem, quidquid habeo, vel possideo, tu mihi largitus es,

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 18. j./

6 Novum Florilegium.

id totum tibi restituo, ac tuæ prorsus voluntati trado gubernandum, amorem tuisolum cum gratia tua mihi dones, & dives sum satis, nec quidquam aliud ultra polco.

O R A T I O
Ad SS. Trinitatem.

PATER cœlestis, qui creâsti me, cùm non essem; qui per Filium tuum redemisti me, cum perditus essem; qui per Spiritum Sanctum regis, & gubernas me ab infantia mea, & ad ultimum Beatitudei æternæ finem, tam multis auxilijs, tanta cum beneficentia deducis; quam ego charitatem tantæ charitati euæ rependam? Tribue ipse mihi, tu Pater piissime, eam, quam possim tibi dignè retribuere. Dirige precor cor meum in dilectione tui; da mihi charitatem rectam, ut amem in te quod debeo; congaudeam ex præcordijs meis tibi de interno bono infinitæ tuæ, & essentialis perfectionis, de maiestate, de sapientia, de bonitate, de beatitudine tua super felicissima, æterna, independente, prima, & à qua esse, & perfectio omnium creaturarum procedit, conservatur, & consummatur:

Selectissimarum Precum.

7

matur: congaudeam de æterno bono & gloria nominis tui. Concupiscat anima mea incessanter in se, & in omnibus rebus augere hunc ipsum honorem tuum & beneplacitum. Occupa Deus meus totum cor meum, quod multis modis totum tuum est, ut te solum diligam, cætera autem propter te. Tribue Deus meus, ut in omnibus beneplacitum tuum intendam & quæram, nec quidquam nisi propter ipsum amem, & non solum statum vitæ meæ, sed singulos etiam agus ad ipsum dirigam. Amem & Te Domine JESU Christe, quâ intentione debeo, non tantum propter me, quia Protector meus, salus mea, justitia, sapientia, virtus, beatitudo, & bonum omne meum tu es: sed potius diligam te propter te, quia Benefactor es, quia prior dilexisti me, quia summè bonus, & summè amari dignus es. Amem & te Spiritus Aline, quomodo debeo, auge in me lumen discretiōnis: ad inveniendam, & implendam voluntatem tuam, ut Te secundum te diligam, & non aliter quam ut tibi placet: ne proprium quidem bonum vitæ, aut patriæ velim, ut unus tecum Spiritus siam: ut in te totus per-

A 4

omni-

omnimodā voluntatis conformatiōnē transformer, & à me prorsus egrediens, & in te tōtō corde transiens, qui es summa & perfecta bonitas, & solus amabilis in sempiterna sēculorum sēcula, Amen.

Oratio S. Thomae Aquinatis pro gratiis & virtutibus impetrāndis.

Concede mihi quæso omnipotens & misericors Deus, quæ tibi placita sunt, diligenter & ardenter concupiscere, prudenter investigare, veraciter agnoscere, & perfēctè adimplere: ad laudem & gloriam nominis tui ordina statū meū, & quod à me requiris ut faciam, tribue ut sciam, ut possim, ut velim; & da exequi, ut oportet & expedit saluti animæ meæ. Viz mihi quælo sit ad te tua, recta & consummata, non deficiens inter prospera & adversa, ut in illis non extollar, & in istis non deprimar; ut in prosperis gratias tibi referam, & in adversis servem patientiam. De nullo gaudeam vel doleam, nisi quod promoveat ad te, vel quod abducat à te. Nulli placebit appetam, vel displicere timeam nisi tibi. Omnia in charitate da facere, & quod ad cultum tuum non pertinet, qua-

Amor-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.ig.j./

Selectissimarum Precum.

si mortuum reputare. Actio[n]es meas da peragere non ex consuetudine, sed ad te referre cum devotione. Vilescant mihi omnia transitoria propter te, & cara mihi sint omnia tua, & tu Deus meus plus quam omnia. Tædeat me gaudij quod est sine te, nec cupiani aliquid quod est extra te: Delectet me omnis labor qui est pro te, & tædiosa sit mihi omnis quies quæ non est in te. Frequenter & ferventer da mihi dulcissime Domine cor meum ad te dirigere, & defectionem meam cum emendationis proposito dolendo pensare. Fac me mi Deus humilem sine fatione, hilarem sine dissolutione, tristem sine dejectione, maturum sine gravitate, agilem sine levitate, veracem sine duplicitate, te timentem sine desperatione, te sperantem sine presumptione, castum sine corruptione, proximum corrigere, sine elatione, ipsumque redificare verbo & exemplo sine simulatione, obedientem sine contradictione, patientem sine murmuratione. Da mihi dulcissime Iesu cōpervigil, quod nulla abs te abducat curiosa cogitatio; da immobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio, da invictum, quod nulla fatiget tribulatio, da

As libe-

liberum, quod nulla sibi vendicet perversa & violenta affectio, darectum, quod nulla deorsum obliquet sinistra intentio. Large mihi dulcissime Deus, intellectum te cognoscentem, diligentiam te querentem, sapientiam te invenientem, conversationem tibi placenter, perseverantiam te duleiter & fiducialiter expectantem, fiduciam te finaliter amplectentem; tuis poenitentia configi per poenitentiam, tuis beneficiis uti in via per gratiam, & gaudijs tuis in patria frui per gloriam, Amen.

ORATIO S. BERNARDI.

O Bone JESU, O piissime JESU, O dulcissime JESU, O IESU Fili MARIAE Virginis, plenus misericordia, & pietate. O dulcis JESU secundum magnam misericordiam tuam miserere mei. O clementissime JESU, te deprecor per illum Sanguinem pretiosum, quem pro peccatoribus effundere voluisti: ut abluas omnes iniquitates meas, & in me respicias miserum & indignum humiliter veniam petentem, & hoc nomen sanctum JESU invocantem. O nomen JESU, nomen dulce, nomen JESU, nomen delectabile, nomen JESU, nomen confortans. Quid est enim

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár
/318.1g.j./

enim JESUS, nisi Salvator? Ergo JESU, propter nomen sanctum tuum esto mihi IESUS, salva me; ne permittas me damnari, quem de nihilo creasti. O bone JESU, ne perdat me iniquitas mea, quem fecis omnipotens bonitas tua. O dulcis JESU, recognosce quod tuum est, & absterge quod alienum est. O Benignissime JESU, miserere mei dum tempus est miserendi, ne damnes me in tempore judicandi. Quae utilitas in sanguine meo, dum descendero in æternam corruptionem; Non mortui laudabunt te Domine JESU, neque omnes qui descendunt in infernum. O amantissime JESU, O desideratissime JESU, O mitissime JESU, O IESU, JESU, JESU, admicte me intrare in numerum electorum tuorum. O JESU salus in te credentium. O JESU Solarium ad te confugientium. O JESU dulcis remissio omnium peccatorum. O JESU Fili MARIAE Virginis, infunde in me gratias S. Spiritus Statui meo necessarias. Sapientiam, charitatem, patientiam, puritatem, humilitatem, fortitudinem, &c. ut possim te perfectè diligere, te laudare, te perfungi, tibi servire, in te gloriari, nunc & in æternum, Amen.

Pia Exercitatio erga Christum Crucifixum & quinque ejus vulnera.

ORATIO PRÆPARATORIA.

ENamantissime Iesu, qui sponsus sanguinum mihi esse voluisti, ad pedes tuos prosternot, ut meum in te amorem, debitamque gratitudinem contestem. Sed quid rependam tibi, mi Iesu, qui usque in finem dilexisti me? manibusque ac pedibus, imo & cordi tuo inscripsisti me, magno sanè & conspicuo charactere? quis mihi hoc tribuat, ut sicut tu me, ita & ego te cordi meo inscriptum circumferam? & sicut mei memoria tibi, sic tui mihi nunquam excidat? O Iesu quām profuso me charitatis affectu complexus es, qui non tantum manus ac pedes, verū & opulentissimum pectus mihi aperisti voluisti, ut in exhausta bonorum cœlestium affluentia desiderium meum expleas! suscipe hæc mea, quæ colendis sacris tuis quinque vulneribus vota persolvo: aditum spero, ad optatissimos hos vitæ fontes misere non intercludes,

Oratio

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

*Oratio I. ad S. Vulnus
Pedis Sinistri.*

SAlve ô benedictum vulnus sinistri pedis tui, mi Iesu, quod in spiritu reverenter exoscular, te ex animo rogans, ut hujus tui Sanctissimi vulneris merito evellas pedes meos à laqueo, quem statuerunt mihi inimici mei, & à lapsu animam meam præserves. Non veniat mihi pes superbæ, nec ambulem in mirabilibus super me; sed in animo contrito, & spiritu humiliatis à te suscipiar.

Ad Sacrum hoc vulnus tuum depono & offero omnem afflictionem meam: ut hanc cum cruce & passione tua conjungas, gratiamque largiaris, quæ omnes adversitates & miserias amore tui superem, tuæque me semper voluntati conformem Amen, Pater noster. &c.

*Oratio II. ad S. Vulnus
Pedis Dexteri.*

SAlve, ô benedictum vulnus dexteri pedis tui, mi Iesu, quod in spiritui reverenter exoscular, te ex animo rogans, ut hujus tui sacratissimi vulneris merito dirigas pedes meos ad currendam viam

A7 man-

mandatorum tuorum, ut transeat de virtute in virtutem, donec videam te Deum ac Dominum meum in Sion.

Ad hoc S. vulnus tuum depono & offero omnem fortunam ac felices successus meos quos mihi divinæ providentia tuæ dispositio clementer indulxit; ne illorum intollerantia elatus animus, te sumum bonum meum ad iram unquam provoget. Amen. Pater noster &c.

*Oratio III. ad S. Vulnus
Manus Sinistra.*

Salve, ô benedictum vulnus sinistram manus tuæ, mi Jesu, quod in spiritu reverenter ex osculor, te ex animo rogans, ut hujus tui sacratissimi vulneris merito, misericordia fragilitatis & inconstantiae meæ, & in omni bono proposito me confirmes; illum tantumque insuper mihi amorem praestes; ut dicere queam: laeva ejus sub capite meo, & dextera illius, amplexabitur me.

Ad sacrum hoc vulnus tuum depono omnia peccata mea, quæ aut ignorans, aut sciens, volens, unquam commisi: Tu mi Jesu, pretiosissimo tuo sanguine illa ablucere digneris, ne coram Justissimo Tribu-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

Tribunal tuo æternæ Damnationis sententiam contra me expolcant. Amen.
Pater noster &c.

*Oratio IV. ad S. Vulnus
Manus Dexteræ.*

Salve, ô benedictum vulnus dexteræ manus tuæ, mi Jesu, quod in spiritu reverenter ex osculor, te ex animo rogans, ut hujus tui sacratissimi vulneris merito uberem mihi gratiam & opem contra hostium meorum visibilium & invisibilium conatus largiaris, & in novissimo die ad dexteram tuam statuas, ubi lætus audiam: venite benedicti.

Ad sacrum hoc vulnus tuum depono & offero tibi omnia bona opera mea (imè tua, quæ tuæ gratiæ omnia, ut debeo, adscribo) cum humillima obsecratione, ut ea tuis sanctissimis operibus unita, æterno Patri offerre, meamque inopiam tuis infinitis meritis supplere digneris. Amen.
Pater noster &c.

*Oratio V. ad S. Vulnus
Lateris Christi.*

Salve, ô benedictum vulnus Lateris tui mi Jesu: Salve ô sens amoris, ô the-

thesaure inæstimabilis, ô requies animæ meæ! ausim ne, benignissime Jesu, ad Sacram hancaram, ad hoc Sanctum Sanctorum accedere, ardensquè amore cor tuum deesculari? Per infinitam bennitatem tuam ore te mi Jesu, ne hoc solatio me private, nec ab hac unici mei refugii domo arcere velis.

Eja anima mea, accurre cum fiducia ad thalamum svavissimi Sponsi tui, hinc te omnibus molestiis tuis, ac curis, quibus opprimeris, exonerare: hinc desideria tua, & cupiditates exple: hinc in optatissima pace conqiesce. Videor mihi, ô Jesu, amore tuo duce, per amabilissimum Sacri Lateris tui Vulnus ad cor tuum intro mitti. Hinc te, cum profundissima humilitate, ô Jesu, oro, ut ignoscas, quicquid unquam corde, ore, aut opere in te peccavi. Hoc Sacro Sangvinis tui balneo munda cor meum, & benedicti cordis tui formam ac speciem imprime, tuique amoris igne accende, ne quiquam imposturam præter te amem aut desiderem.

Ad Sacratissimum hoc cordis tui vulnus, mi Jesu, omnia cordis mei vota ac desideria pono. Ita oro, cor meum cordi tuo adstringe, ut nullo unquam

scm:

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

tempore ab invicem avellantur, ut verè cum Apostolo exclamem: quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an famæ? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? certus sum, quia nequæ mors, nequæ vita, nequæ illa creatura poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo JESU Dominino nostro, Rom. 8. *Pater noster &c.*

*Salutationes ad omnia membra
CHRISTI.*

SAlve tremendum cunctis potestatibus caput D.N. Jesu Christi Salvatoris nostri, pro nobis spinis coronatum. & arundine percussum. Salve speciosissima Salvatoris nostri Jesu Christi facies, pro nobis sputis & alapis cœsa. Salvete benignissimi D.J. Christi Salvatoris nostri oculi pro nobis lachrymis persusi. Salve mellifluum os, gutturquæ suavissimum D.N. Jesu Christi pro nobis felle & aceto potatum. Salvete aures nobilissimæ D. Jesu Christi, Salvatoris nostri, pro nobis contumeliis & opprobriis affectæ. Salve collum humile Jesu Christi pro nobis funibus ligatum: dorsumque sanctissimum

pro

pro nobis flagellatum. Salvete D. N. Iesu Christi manus & Brachia pro nobis in Cruce extensa. Salve pectus mitissimum D. Jesu Christi Salvatoris nostri, pro nobis in Passione conturbatum. Salve latus gloriosissimum D.N. Iesu Christi, pro nobis lancea militis perforatum. Salvete D. J. Christi Salvatoris nostri sacra misericordiae genua, pro nobis in orationibus Alexa. Salvete D. J. Christi Salvatoris nostri pedes adorandi, pro nobis clavis affixi. Salve totum corpus D. N. Iesu Christi pro nobis in cruce suspensum, vulneratum, mortuum, & sepultum. Salve sanguis pretiosissime de Corpore D. Iesu Christi Salvatoris nostri pro nobis effuse. Salve SS. D.N.J. Christi anima, in cruce pro nobis in manus Patris commendata. In eadem commendatione tibi commendo hodie, & quo idie animam meam, vitam meam, cor, & corpus meum, omnes lenitus & actus meos, omnes amicos & benefactores, & consangvineos: animas parentum, fratrum, sororum, & omnium amicorum, ac inimicorum meorum, ut nos protegere, liberare, & defendere digneris ab omnibus insidiis inimicorum nostrorum, visibilium & invisibilium, nunc & in perpetuum, Amen. Ora-

*Orationes affectuosae de Passione Christi cum Indulgentijs.***ORATIO PRÆPARATORIA**

MI dulcissime JESU ad passionis tuæ gloria insigne, in quibus salutem meam operatus es totum me affectuolissime inclino. Tuæ S. Crucis regale vexillum in tuo nomine Christe adoro. Tuam spineam coronam, clavos, lanceam, tuum sanguinem, tuam mortem, tuam sepulturam Christe supplex adoro, & glorifico. Confige cruci tuæ manus meas & pedes meos ac totum passioni tuæ conforma servum tuum Domine.

*Orationes Sanctæ Brigittæ.***ORATIO I.**

OJESU Christe, æterna dulcedo te amantium jubilus excedens omne gaudium, & omne desiderium, salus & amor peccatorum, qui delicias tuas testatus es, esse cum filiis hominum, propter hominem homo factus in fine temporum, memento omnis præmeditationis, & intimi mœroris, quem in corpore humano sustinuisti, instante saluberrimæ Passionis tuæ tempore præordinato. Memento

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.15. j./

mento tristitiae, & amaritudinis, quam in anima (te ipso attestante) habuisti, quando in ultima cena Discipulis tuis corpus & sanguinem tuum tradidisti, pedes eorum lavisti, & dulciter eos osculando, imminentem Passionem praedixisti. Memento omnis timoris, angustiae & doloris quem in tuo corpore delicato ante Passionem crucis tuæ pertulisti, quando post trinam orationem, & sanguineum sudorem à Juda discipulo tuo tradebaris, ab electa gente capiebaris, à falsis testibus accusabarlis, à tribus judicibus injuste judicabis, in electa Civitate, in paschali tempore, in florida corporis juventute innocenter damnabarlis, veste propriâ exuebaris, & vestibus alienis induubaris, colaphizabarlis, oculis & facie velabaris, alapis exdebaris, ad columnam ligabarlis, flagellabarlis, spinis coronabarlis, arundine in capite seriebaris, innumerabilibus alijs calumniis lacerabarlis. Da Domine Deus mihi, quæso ob memoriam harum ante crucem tuam passionum, veram ante mortem meam contritionem, veram confessionem, dignam satisfactionem, ac omnium peccatorum meorū remissionem, Amen. *Pater noster. Ave Maria. &c.*

O JESU vera libertas Angelorum, paradisus deliciarum, memento mæroris & horrois, quos sustinebas, cùm omnes inimici tui, quasi Leones ferocissimi, te circumsternerunt, & colaphizationibus, ungulationibus, cæterisque poenis inauditis te molestaverunt. Per has poenas, & per omnia contumeliosa verba, durissimaque tormenta, quibus te, Domine JESU Christe, omnes inimici tui affixerunt, Depreco te, ut liberes me ab omnibus inimicis meis, visibilibus & invisibilibus, & dones mihi sub umbra alarum tuarum, ad perfectionem salutis æternæ pervenire, Amen. *Pater noster,*
Ave Maria, &c.

O JESU, mundi fabricator, quem nulla dimensio vero in termino metitur, qui terram palmo concludis, recordare amarissimi doloris, quem sustinebas, cùm Judæi sanctissimas manus tuas, ad crucem obtusis clavis primò afixerunt, & ad perforandum delicatissimos pedes tuos (cùm factis in Cruce foraminibus, corporis tui statura minus esset convenientes) dolorem super dolorem vulneribus tuis

tuis addiderunt, & sic crudeliter te distra-
xerunt, & extenderunt in longum & la-
tum Crucis tuæ, ut dissolverentur compa-
ges membrorum tuorum: Deprecor te,
per hujusmodi sacratissimi, amarissimiq;
in Cruce doloris memoriam, des mihi ti-
morem & amorem, Amen. *Pater no-
ster, Ave Maria.* &c.

IV.

OJESU, cœlestis Medice, recordare te pie JESU, facias mecum misericordiam
langoris, livoris, & doloris, quos tuam in hora mortis meæ, Amen. *Pater
in alto Crucis patibulo levatus, passus es
in omnibus dilaceratis membris tuis, quo-
rum nullum in statu suo reæ permane-
rat, ita, ut nullus dolor dolori tuo similis
inveniretur, quia à planta pedis usque ad
verticem capitis, in te non fuit sanitas.
Et tamen omnium dolorum immemor,
Patrem pro inimicis piè orâsti, dicens: Pa-
ter, ignosc illis, quia nesciunt quid faciunt.
Per hanc misericordiam, & ob memori-
am illius doloris concede, ut hæc memo-
ria passionis tuæ amarissimæ, sit omni-
um peccatorum meorum plena remissio,
Amen. *Pater noster, Ave Maria.* &c.*

V.

OJESU, speculum claritatis æternæ,
memento illius mæroris, quem ha-
bueristi,

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.18. j./

quisti, quando in speculo serenissimæ Ma-
estatis tuæ conspexisti prædestinationem
electorum, per merita tuæ passionis sal-
uatorum: & reprobationem malorum,
per sua demerita damnandorum, & per
abyssum miserationis tuæ, quæ nobis per-
ditis peccatoribus, & desperatis tunc con-
dolueisti. & quam latroni exhibuisti, di-
cens: *Hodie tecum eris in Peradiso.* Rogo
in hora mortis meæ, Amen. *Pater
noster, Ave Maria.* &c.

VI

OJESU Rex amabilis, & amice totus
desiderabilis, memento illius mæ-
roris, quem habueristi, quando nudus &
miserabilis in Cruce pependisti, & omnes
amici & noti tui adversus te steterunt, &
nullum consolantem inveniebas, sed so-
lam dilectam Genitricem tuam, in ama-
ritudine animæ tuæ tibi fidelissimè ad-
stantem videbas, quam Discipulo tuo
commendasti, dicens: *Ecce filius
tuus.* Rogo te, piè JESU, per gladium
doloris, qui tunc ejus animam pertransi-
vit, ut compatiaris mihi in omnibus tri-
bulationibus & afflictionibus meis, cor-
poralibus, & spiritualibus, & des mihi
con-

consolationem in tempore tribulationis clamasti, dicens: Deus meus, Deus meus, & in hora mortis meæ, Amen. Pater noster quid me dereliquisti? per hanc angusti-
ster. Ave Maria. &c.

VII.

OJESU fons inexhaustæ pietatis, qui ex intimo affectu in Cruce dixisti Sitio, scilicet salutem generis humani accende quæsumus cordium nostrorum desideria ad omne opus perfectum: & secundum quod à summo capitio, usque ad plantam timi carnalis concupiscentiæ, æstum mundi redi, te pro nobis in aquam passionis danæ delectationis in nobis penitus refra-
gera & extingue, Amen. Pater noster, Ave Maria. &c.

VIII.

OJESU dulcedo cordium, ingensque suavitatem mentium; per amaritudinem aceti & sellis, quam pro nobis degustasti, in hora mortis meæ, concede mihi corpus & sanguinem tuum dignè percipere, ad remedium, & consolationem animæ meæ, Amen. Pater noster, Ave Maria. &c.

IX.

OJESU, regalis virtus, jubilusque mentis, memento angustiæ, & doloris, quem passus es, quando præ mortis amaritudine, & Judæorum insultatione, cum magna voce te à Deo Patre derelictum clamasti, dicens: Deus meus, Deus meus, & in hora mortis meæ, Amen. Pater noster quid me dereliquisti? per hanc angusti-
am, peto te ut in angustijs meis, non de-
linquas me, Domine Deus noster, Amé.
Pater noster, Ave Maria. &c.

clamasti, dicens: Deus meus, Deus meus, & in hora mortis meæ, Amen. Pater noster quid me dereliquisti? per hanc angusti-
am, peto te ut in angustijs meis, non de-
linquas me, Domine Deus noster, Amé.
Pater noster, Ave Maria. &c.

X.

OJESU, Alpha & Omega, Virtus & Vi-
ta, in omni tempore, recordare, secundum quod à summo capitio, usque ad plantam timi carnalis concupiscentiæ, æstum mun-
dus, te pro nobis in aquam passionis danæ delectationis in nobis penitus refra-
gera & extingue, Amen. Pater noster, Ave Maria. &c.

XI.

OJESU, Abyssus profundissima misericordiae, rogo te propter profun-
ditatem vulnerum tuorum, quæ pertransierunt medullam ossium, ac viscerum tuorum, ut me submersum in pec-
catis emergas, abscondasque in forami-
bus vulnerum tuorum à facie iræ tuæ,
donec petranteat furor tuus Domine,
amen. Pater noster, Ave Maria. &c.

XII.

OJESU, Veritatis speculum, signum
clamasti, dicens: Deus meus, Deus meus, & in hora mortis meæ, Amen. Pater noster quid me dereliquisti? per hanc angusti-
am, peto te ut in angustijs meis, non de-
linquas me, Domine Deus noster, Amé.
Pater noster, Ave Maria. &c.

B

Uni-

Unitatis, Charitatisquè vinculum, me-
mento multitudinis innumerabiliū vul-
nerum tuorum, quibus à summo capi-
tis, usque ad imum pedis vulneratus fu-
isti & sanctissimo sanguine tuo rubricatus,
quam magnitudinem doloris in virgi-
nea carne tua pertulisti pro nobis pie JE-
SU. Quid ultra debuisti facere, & non feci-
sti i scribe, quælo, pie JESU, omnia vulne-
ra tua in corde meo præiosissimo sanguine
tuo, ut in illis legam dolorem tuum
ac mortem, & in gratiarum actione usq;
in finem jugiter perseverem, Amen. Pa-
ter noster. Ave Maria. &c.

XIII.

O JESU Leo fortissime, Rex immorta-
lis & invictissime, memento dol-
oris, quem passus es, cùm omnes vires
cordis & corporis tui tibi penitus defece-
runt, & inclinato capite; Consummatum est
dixisti. Per hanc angustiam & dolorem,
miserere mei in ultima consummatione
exitus i, cum anima mea anixa fuerit,
& spiritus meus conturbatus, Amen. Pa-
ter noster. Ave Maria. &c.

XIV.

O JESU unigenite, altissimi Patris
splendor, & figura substantiaz ejus:

me.

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár
/318.1g.j./

memento obnixæ commendationis, quæ
Patri spiritum commendasti, dicens:
In manus tuas Domine, commendabo Spiritum meum; & lacerato corpore, & rupto
corde, cum valido clamore, patefactis vi-
sceribus misericordiæ tuæ pro nobis redi-
mendis exiasti. Per hanc pretiosissimæ
mortem, precor te Rex Sanctorum con-
forta me ad resistendum diabolo, mun-
do, carni, & sanguini; ut in mundo mor-
tuus tibi vivam, & in novissima hora exi-
tus mei, suscipe ad te revertentem spiri-
tum meū exulem & peregrinum, Amen.
Pater noster, Ave Maria. &c.

XV.

O JESU, vitis vera, & fæcunda; me-
mento superfluentis & abundantis
effusionis sanguinis, quem tu sicut de-
botro expressum copiosissime effudisti,
quando in cruce torcular solus calcasti, &
lanceâ militari perosso latere, nobis san-
guinem & aquam propinasti, ita, ut mi-
nima gueta, in te non remaneret; & de-
sum quasi myrræ fasciculus in altum
suspensus fuisti; & delicate caro tua eva-
nuit, & liquor viscerum tuorum exaruit.
Per hanc amarissimam passionem, & pre-
iosi sanguinis effusionem, pie JESU, pre-

Ba

cog

cor te, suscipe animam meam in agone mortis meæ, Amen. Pater noster, Ave Maria, &c.

C O N C L U S I O.

Q Dulcis Iesu! vulnera cor meum, ut pœnitentiae & amoris lachrymæ sint mihi panes die ac nocte. Et converte me totaliter ad te, ut cor meum perpetuo fiat tibi habitabile, & conversatio tibi sit placita, & accepta, ac finis vitæ meæ ita laudabilis, ut post hujus vitæ terminū, merear te laudare cum omnibus Sanctis in æternum, Amen.

A L I A.

O Domine Iesu Christe! Fili DEI vivi, suscipe hanc Orationem in amore illo superexcellenti, in quo omnia vulnera tui sacratissimi corporis sustinuisti. Misericordia mei, famuli tui; & omnibus peccatoribus, cunctisq; fidelibus, tam vivis, quam defunctis da misericordiam, gratiam, & remissionem, & vitam æternam Amem.

*Oratio Brevis ad Passionem Christi cum**Indulgentijs*

M Agnum Martyrium, o profundissima Vulnera! Passio acerbissima, o dulcedo Deitatis! adjuva me ad consequendam æternam felicitatem, Amen.

Oratio

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.ig.j./

Oratio de septem verbis Christi D.

D Omne Jesu Christe, qui septem verba die ultimâ vitæ tuæ in Cruce pendens dixisti, & voluisti, ut semper illa sanctissima verba in memória habemus: rego te per virtutem illorum septem verborum, ut mihi parcas quicquid peccavi, aut commisi in septem peccatis mortalibus aut ex illis procedentibus, scilicet superbiâ, avaritiâ, luxuriâ, invidiâ, gulâ, irâ, acediâ. Domine sicut tu dixisti, Pater ignosce crucifigentibus me, fac ut amore tuo parcam ego cunctis mihi mala facientibus. Et sicut tu dixisti latroni: hodiè tecum eris in Paradiso, fac me ita vivere, ut in hora mortis meæ dicas mihi, hodiè tecum eris in cœlo. Et sicut tu dixisti Matri tuæ, Mulier, ecce Filius tuus, deinde dixisti discipulo: Ecce Mater tua, fac ut Mater tuæ me societ amor tuus & charitas vera. Et sicut tu dixisti, Eli, Eli lammasabathani, hoc est: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me; fac me dicere in omni tempore tribulationis & angustiæ meæ: Pater mi, Domine mi, miserere mihi peccatori, & adjuva me, & dirige me Rex meus & Deus meus, quia

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár
/318.1g. j./

tuo proprio sanguine redemisti me. Et sicut tu dixisti, Sitio, scilicet salutem animarum sanctorum, quae in limbo erant adventum tuum expectantes; fac ut ego semper fiduciam & diligam te fontem aquæ viventis, fontem æterni luminis, toto cordis desiderio ad amandum te. Et sicut tu dixisti, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, fac ut in obitu meo perfide & libere possim ego tibi dicere, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, recipe me venientem ad te, quia nunc constitui mihi terminum temporalis vitæ meæ. Et siue tu dixisti, Consummatum est, quod significat labores & dolores, quos pro nobis misericordia fuscipere veneras, jam finiti, fac ut audire merear illam dulcissimam vocem tuam, scilicet: Veni amica mea, dilecta mea, quia jam disposui penurias tuas consummari, veni ut tecum concendas cum sanctis angelis meis in regno meo epulari, iucundari, & commorari per infinita saecula saeculorum.

Amen.

-23(0)23-

Oratio S. Augustini de Passione & membris Christi Domini.

DEUS, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidisti, à Iudeis reprobasti, à Juda osculo tradi, vinculis alligasti, sicut Agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annæ, Caiphæ, Pilati & Herodis indecenter offersti, à falsis testibus accusari flagellis & opprobriis vexari, sputis confupi, spinis coronari, colaphis cedi, arundine percuti, facie velari, vestibus exusi, Cruci clavis affigi, in cruce levari, integratrones deputari, felle & aceto potari & lancea vulnerari. Tu Domine per has sanctissimas penas tuas, quas ego indignus recolo, & per sanctam crucem tuam & mortem tuam, libera me à gremio inferni, & perducere digneris quo perduxisti latronem tecum crucifixum. Amen.

Oratio pro liberatione Animæ ex Purgatorio.

DEUS qui nobis in sancta Sindone, quæ corpus tuum sacratissimum de Cruce depositum à Joseph involutum fuit, passionis tuæ vestigia reliquisti: Concede

B4

Ora-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár.
1318.1g. J./

cede propitius, ut per mortem & sepulturam tuam, ad resurrectionis gloriam perducamur. Qui vivis & regnas &c.

*Oratio S. Gregorij Papæ de quinque
Vulnibus Christi JESU.*

Ave manus dextra Christi, perforata plagâ tristi, nos ad dextram jube sisisti, quos per Crucem redemisti. *Pater noster. Ave Maria. &c.*

Ave manus Christi leva, sic confixa manu fævâ, nos ab ævo maloleva, quod produxit Mater Eva. *Pater noster. Ave Maria. &c.*

Ave vulnus dextri pedis, pedem mentis piè ledis, dum ad eam fæpè redis, esto nobis spes mercedis. *Pater noster. Ave Maria. &c.*

Ave plaga lævæ plantæ, quâ virtutum crescunt plantæ, nos ab hoste supplantante, contuere post & ante. *Pater noster. Ave Maria. &c.*

Ave latus perforatum, unde fluxit flumen gratum, præbe nobis conducatum ad æternæ vitæ statum. *Pater noster. Ave Maria. &c.*

*P. Vulneratus est propter iniquitates nostras.
R. Et attritus est propter feciera nostra.*

O R E

O R E M U S.

Domine Jesu Christe, qui pro salute humani generis quinque vulnera pati ex amore mei voluisti, tribue quæsumus: ut ob reverentiam illorum vulnerum tuorum, absolv me et ab omnibus peccatis meis, & præsentem vitam bono fine terminare, & à tuz dulcissimæ visionis contemplatione nunquam separari. Qui vivis, &c.

P. Misericordia nostra JESU benigne,

P. Qui passus es clementer pro nobis.

Repice quæsumus Domine super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster JESUS Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum. Qui tecum vivit, &c.

*Oratio ad obtainenda spiritualiter in
corde quinque Christi vulnera.*

Domine Jesu Christe Fili Dei vivi, da mihi toto corde, pleno desiderio, sittiente animâ ad te aspirare, & in dulcissimo ac sanctissimo nomine tuo respirare, ac toto spiritu meo, & omnibus interioribus meis ad te, qui es vera beatitudine an-

B S

do an-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár
R/318.18.j./

do anhelare. Scribe misericordissime Domine vulnera tua in corde meo, pretioso sanguine tuo, ut in eis legam tuum dolorem pariter & amorem: & vulnerum eorum memoriā jugiter in secreto cordis mei permanente, & dolor compassio- nis tuæ in me excitetur, & ardor dilectionis tuæ in me accendatur. Da quoque ut omnis mihi creatura vilescat, & tu solus in corde dulcescas, Amen.

Oratio de passione Christi in omni tribulatione dicenda.

PASSIO Domini nostri IESU Christi sit semper mater mea; mater mea! parturias me. Nutrix mea, nutri me. Lux mea, illustra me. Mensa mea, ciba me. Schola mea, instrue me. Dilecta mea, dilige me. Perfecta mea, perfice me. Unica mea, posside me. Hospes mea, hospitare me. Doctrix mea, doce me. Dux mea, custodi me. Urbs mea recipe me. Medicina mea, lana me. Cogitatio mea, distrahe me. Fortitudo mea! defende me. Turtis mea, absconde me. Socia mea, associata me. Spes mea! erige me. Columna mea, sustenta me. Pax mea, receta me. Scientia mea erudi me. Patientia mea con-

conforta me. Dulcedo mea, dulcora me! Sanctificatio mea! sanctifica me. Amica mea, amame. Fiducia mea! asscura me. Salus mea! salva me. Meditatio mea, iacende me. Domus mea, circumda me. Consolatio mea! solare me. Refectio mea refocila me. Cor meum! vigila pro me. anima mea! vivifica me. Refugium meum, recipe me. Gloria mea, glorifica me. Portio mea, inebria me. Requies mea, quieta me. Auxilium meum! ne desere me. Beatitude mea! beatifica me. Finis meus! omnia mea! immuta me, in te transformate in me. Amen.

Orationes ad Crucifixum JESUM pro felici morte impetranda.

DOMINE IESU per illam amaritudinem tuam quam sustinuisti propter me in cruce maxime quando anima tua benedicta egrediebatur de corpore tuo, miserere! secundum magnam misericordiam tuam animæ meæ in egressu suo de hoc corporis mei habitaculo. Acerbitas ignominiosissimæ mortis tuæ, meam mihi lavavem reddat, & amabilem, Amen.

A L I A.

DOMINE IESU! instanti mortis tuæ di-

B 6

vinis-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g. j./

vinissimæ, & instanti mortis Matris tuæ
sanctissimæ MARIAE, omniumq; Sanctorū
tuorum, instans ultimū mortis meæ unio,
& commendo. Benedic instanti illi meo,
agonis, propter tuæ & omnium electo-
rum tuorum mortis merita. Amen.

A L I A.

MI JESU! derelicte propter me in cru-
ce, omnia acerba passæ, exinanite
agonizans, & moriens cruenta morte pro
me, indignissimus sum quidem spiritu
tuo quia tamen ponis animam tuam pro
me, supplico Majestati tuæ, ut tibi tuisq;
sanctis conformiter moriar. Imitte in cor
meū, ultimum spiritū tuum mihi, & ro-
bora, solare, juva, erige, vivifica, illo ani-
mam meā peccatricē, ad te lūsum & uni-
cum bonum meum totis viribus conver-
sam, tibi credentem, in te sperantem, te
super omnia, propter te diligenter, &
ex puro tui amore de omnibus peccatis
meis, totiusq; orbis dolentem. MI JESU
propitius esto mihi peccatori. Amen.

A L I A.

MIsericordissime JESU, per tuum ago-
nem, & tres in cruce horas, misere-
re mei peccatoris, quem tuo sanguine re-
demisti, in illo mortis articulo à quo tota
depea-

dependet æternitas. Pone passionem, cru-
cem & mortem tuam inter judicium tu-
um, & inter peccatricem animam meam.
& mihi largiri digneris gratiam finalem
& misericordiam, Ecclesiæ tuæ pacem,
augmentum, concordiam, vivis omni-
bus veniam, defunctis requiem, & mihi
deniq; gloriam sempiternam, Amen.

*Oratiuncula contra subitaneam mor-
tem, factâ cruce in fronte, ore, ac pectore,
dicenda.*

JESUS † Nazarenus † Rex Judæorum,
† titulus triumphalis defendat nos ab
omnibus malis. Sanctus Deus, Sanctus
fortis, Sanctus immortalis miserere no-
bis, Amen.

*Desideria Divini Amoris Interdiu,
& plerumq; in Visitatione ac Sumptione
Divini Mysterij usurpanda.*

Jubes, Domine, ut amem te, & quidem
ex toto; id ipsum ego nunc cupio, at-
que desidero: nempe amare te totis vi-
ribus corporis & animæ. Amo te Deum
meum ex toto corde, idq; triplici voto.
Primò ita, ut nihil velim contra te Deum
meum, committendo unquam pecca-
tum

tum mortale; Secundò, nihil præter te Deum, nec etiam deliberate consentiendo in peccatum veniale; Tertiò omnia propter te Deum, referendo singula, quæ cogito, quæ loquor, aut ago ad gloriam & beneplacitum tuum. O mi Deus! hoc est desiderium meum ex corde semper odire, quæ tu odisti, amare autem unice ea, quæ tu amas.

II.

Noli Domine, despicere amorem, quæ sentio inimicu[m] heu! nimis imperfectum, sed eum, quo amare te desidero, amorem, quem vellem, summum inspice. Omnem actum amoris, quem elicio ad te, cupio fieri omni intensione, quâ potest: ex toto corde, ex tota anima & tota mente, ex tota fortitudine, & ex omnibus viribus. Deinde cum omni extensione non solum per annos vitæ, sed per secula in æternū. Denum cum infinita repetitione, id est: quot passus facio, quot verba profero, quoties spiro & respiro, idque in sancta unione ardentissimi amoris, quo in te Seraphini feruntur: quo Magna Dei Mater te coluit: quo te unigenitus tuus amat & amavit. III.

Doleo hinc animitus, quod unquam

ullo

ullo modo te maximum, dulcissimum, Optimum Deum peccando offenderim; & vellem dolere ex motivo Summi amoris, qui unquam ullius Petri, Augustini, Magdalena, aut alicujus verè poenitentis vel amantis te cor penetravit. O Altissime! Opulcherrime Deus meus! Doleo, non propter infernum aut purgatorium, quod tamen credo & timeo. Doleo! non propter coelestem Gloriam, quam tamen credo & spero, sed Doleo propter te, O Deus Optime super omnia bona, pulcherrime super omnia amabilia, dignissime super omnia, quem offendere summa indignitas. IV.

Ob eundem amorem approbo, laudo, ratumq; habeo, quidquid boni aliquæ rationalis creatura ex tui amore, ad tuum beneplacitum, O Deus! præsticit; & utinam bona illa in infinitum possem. Desistor, execror, quidquid mali ego peccatorum maximus, vel alia aliqua creatura rationalis contra amorem tuum, O Deus Amantissime! admisit. Utinam possem semper, ac nunc possim omnia, quæ contrate sunt, impedire! Utinam sub limine inferni positus animas ab extio revocare, carumque consilia in malum

Ium in tui laudes purissimosque intensissimi Amoris actus possim convertere! Gaudeo & exulto de purissimo illo amore, quo te Electi tui amarunt & amant tum in hac, tum in altera vita; quo te Anima Duciissimi Jesu, Virgoque Santissima prosecuti sunt & prosequuntur, quo denique te ipsum solus dignè amas, quantum mereris. Doleo, quod vel unicūm temporis momentum perdidem, quo te non amavi, bonitas inexhausta! Utinam possem illud redimere, & infinitis infiniti amoris actibus resarcire.

V.

In signum ejusdem amoris me quoque in obsequium, & salutem proximi offero, ac dedico, ex eo, quidquid terreni hactenus affectus erga creaturas latuit, cumque solum amorem exopto, qui animas propter Deum, & Deum in illis complebitur. Amabo itaque homines omnes, O Deus! ut imaginem tuam, ut filios tuos, ut socios meos, creatos ad hoc, ut me in te amando in vita hac, & in æternum adjuvent. Detecto ideo, quidquid iniicitæ aut injuriæ à me unquam commissum est adversus proximum; Optoq; ex corde, me per occasionem posse dein-

Ceps omnes offensas alteri illatas in sincera charitatis obsequia commutare, ut, quantum in me est, mundus in vinculo amoris cohær ns te mecum amet amore puro, amore fideli & sincero.

VI.

Præterea votum meum à te non est absconditum. Deus meus, Amor meus! quam cupiam me tibi sistere, amemque me aliquando solutum hoc corpore secutius te amaturum absque commixtione terrena. Quando Immensa bonitas, ad te veniam? quando faciem tuam videbo, & videndo beatus ero? Volo utique, volo cœlestem patriam, non commodi mei causâ, sed quia ibi perfectè amabote, Deum meum, tibique gratissimum æterni amoris affectum per omnem æternitatē præstabo. Verum quamvis unicè ad cœlum suspirem, volo tamen voluntati tuæ simul plenissimè subjici. Moriar Amor meus, quando vis & quomodo vis: illo momento hinc abeam, quo tu decreveris; libenter hic patiar, quamdiu tibi libuerit, ut dem gustum beatissimo cordituo. Neq; aliquid vitæ adjicivo neq; aliquid minui. Voluntas tua in me, de me, & circa me tum in vita, tum in morte ceps perfectissimè fiat.

Uti-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

VII.

Utinam demum ē singulis momen-
tis totius vitæ meæ usquè ad momentum
extremum possem facere totidem sœculi
Amoris, ut diutiūs contestor, quantum
te amem. Da ut hic cœlestis vitæ ac di-
vinæ tyrocinium ponam in amando Te
nequè unquam desinam Te amare. Ni-
finas me abire ex hac vita in alteram, ni
benedixeris mihi, ut moriar in amore Tu-
o. Sit ultima expiratio mea holocaustum
moris per ultimū cordis motum Tibi Ur-
natum, per animæ transitum ob-
latum Tibi soli, Deus cordis mei, & pa-
rea, DEUS, in æternum.

Affectus amantis animæ S. IGNATII.

O DEUS! ego amo te,
Nam prior tu amasti me.
En libertate privo me,
Ut sponte vicius sequar te.
Nil suggerat memoria
Nisi de tua gloria,
Nil intellectus sapiat
Præterquam ut te capiat.
Protestor nihil velle me,
Nisi quod sciām velle te,
Quæ dono tuo mea sunt

Ha

Hæc dono meo tua sunt.
A te accepi, recipe:
Quid ijs velis præcipere:
Guberna sicut, scis & vis,
Nam scio, quod amator sis.
Amore solo dona me,
Ut ego quoquæ amem te:
Et vigil & per somnia:
Hæc dando dabis omnia,
Affectus S. XAVERII.

O DEUS! ego amo Te:
Nec amo Te, ut salves me.
Aut, quia non amantes te
Æterno punis igne.
Tu, tu mi JESU, totum me
Amplexus es in Cruce:
Tulisti Clavos, Lanceam,
Multamq; Ignominiam,
Inumeros Dolores,
Sudores & Angores,
Ac mortem; & hæc propter me
Ac pro me peccatore.
Car igitur non amem Te,
O JESU amantissime!
Non ut in caelo salves me,
Aut ne eternum dannes me:
Nec præmij ullius spe;

sed,

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. "18. j./

44

Novum Florilegium

Sed, sicut Tu amasti me,
Sic amo, & amabo Te,
Solum, quia Rex meus es:
Et solum, quia DEUS es

Septem Divini Amoris Facula.

I. Quando te, mi JESU, brachijs animæ
meæ constringam? ne, oro, pecca-
tis excludar: Verè eorum me nunc, amo-
re tui pœnitet.

II. Utinam te solum mi JESU, posside-
am, & in alijs omnibus sim pauper! pro-
te vilescent mihi omnia mundi bona tu-
folus places.

III. Felix, qui omni rerum terrena-
rum curâ solutus, tibi soli, mi JESU, va-
cat! & videt, quæm svavis sit in omnibus
spiritus tuus.

IV. Amo te, svavissime JESU, super cœ-
lum, & terram, & omnia, quæ ijs conti-
nentur, in te solo cor meum conquiescat.

V. O charissime spouse animæ meæ!
en ego sto ad ostium tuum, & pulso: ad-
mitte me omnibus hujus mundi volu-
ptatibus lubens renuntio.

VI. O benignissime JESU! permitte me
quiescere super pectus tuum, ut inde cor
meum accendatur, semperque ardeat.

VII. O

Selefissimarum Precum.

45

VII. O vita mea! per quam vivo, sine
qua morior: concede: ut tibi conjun-
gar, & in amplexu tuo moriar!

Quinque Amantis animæ suspiria,
ad Quinque Literas Nominis JESU.

JESU mi! Dominus meus, Deus meus
& omnia. cur unquam offendite, qui
usquæ in finem dilexisti me? an non &
ego amem te? si quis non amat Domi-
num nostrum Iesum Christum sit ana-
thema

Emitte, mi JESU, Lucem tuam: veri-
tatem tuam, ipsa me deducant & adduc-
ant in montem sanctum tuum, & in Ta-
bernacula. Ibi securè exultabo in te Deo
JESU meo.

Salve, ô imago æterni Patris! ô spe-
ciose formâ præ filijs hominum! in quæ
desiderant Angeli Prospicere. ô cordis mei
desiderium! ostende mihi faciem tuam,
& salvus ero.

Utinam, ô bonitas infinita! amoris
victima pro me facta, totus vicissim tibi
in amoris victimam consecrer! faciasque
(quod amicè exopto) ut vere dicā: Mun-
dus mihi crucifixus est, & ego mundo.

Svavissime JESU, aufer spiritum me-
um,

um, & tuum in me transfunde, tuo enim Spiritu animatus exclamabo: Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus,

Artificium ingentis meriti, quo Angelos sine fine DEO Sanctus, Sanctus, Sanctus accinentes imitari, & continuo diu noctuque DEUM amare, laudare, plurimos quæ singulis momentis virtutum actus exercere, sicq; modico, & sere nullo labore plurimum mereri, & ingentes gratias lucrari possis. Nempe si pactum hoc cum DEO facias: quod quoties respiraveris, vel quoties diu, noctuq; sanguis in vena motus fuerit (quod in valente homine per horam facile quater millies accidit) toties illud respirandum vel venæ pulsum velis esse signum, quod credas. speres, ames Deum super omnia, ei temetipsum offeras, de peccatis tuis & totius orbis doleas, & omnia ea grata bubeas, quia unquam bona facta sunt. &c.

Valorem hujus praxis inae conjice, quod DEUS voluntatem operis ipsius loco habeat, deinde, si quis secum statueret, quod quoties respiraverit, toties optet facere omnia mala, & renovare omnia peccata, que unquam facta sunt, quantum crimen committeret! Si proinde hoc pactum in malotam efficax est,

quidam

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 1g. j./

quidni bona intentioni applicatum summe utile erit? Quod si placet, en ejus formulam.

Pactum cum D E O.

Omnipotens æterne DEUS, Dominus ac Creator meus, ego vilissima creatura tua amore & desiderio te continuo amandi, & absque ulla cessatione laudandi impulsus, cum mentem meam humanae vitae conditio tuis laudibus indesinenter affixam esse non sinat, hoc tecum pactum inire cupio.

Quoties spiritum duxero, aut sanguis in vena motus fuerit, nunc pro tunc de claro, toties me facere, & renovare vel le omni meliori, quod fieri potest, modo sequentis actus, licet forte tunc ad hanc mente minus adverterem.

Toties, inquam, adoro te summâ, quâ fieri potest, demissione. Gratulor tibi ex janimo infinitas perfectiones tuas; gaudeo etiam propter opera bona, quæ unquam honori tuo ab ulla creatura facta sunt, hodie fiunt, fientque deinceps: quæ vellem omnia ego ipse præstuisse.

Toties intensissimo omnium Sanctorum & Angelorum affectu te toto corde amo

amo super omnia propter bonitatem tuam; & ex hoc amore summè doleo de peccatis meis omnibus totius vitæ. Sper ex infinita tua misericordia eorum veniam. Propono cum Gratia tua mori potius, quam te post hac offendere. Doleo patiter ob tot peccata ab initio mundi huc usque à quo cunquè hominum commisisti.

Toties in manus tuas commendabo me & mea omnia; præfertim finem vita meæ, ut disponas de me prout visum fuerit divinæ voluntati tue, cui me totum in omnibus plenè conformato.

Toties in unione omnium meritorum Christi, Beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, offero Divinæ Majestati tue omnia mea verba, cogitationes, & opera, ut ea cedant unicè ad Sanctissimi tui nominis gloriam & exaltationem.

Toties offero tibi passionem Domini Nostri Iesu Christi, merita B. Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, nec non omnia Missæ sacrificia, quæ hactenus peracta sunt, vel usque ad consummationem sæculi peragentur omnia omnium bona opera, in gratiarum actionem pro beneficijs omnibus corporis & animæ à te mhi præstitis.

Hoc

Hæc omnia toties rata, grata & iterata volo, quoties possibile, vel imagina bilis est idipsum iterari, aut multiplicari: atq; hoc pure ob amorem tui, omnesq; bonos & sanctos fines, qui ab ullo haberi possent. Tu mi DEUS gratum habe hoc meæ servitutis obsequium & sinceræ amo bis testimonium. Amen.

Hæc formula prolixior semel in die præser zim manè recitanda fore, sed sapientissime, quoties nempe menti incidet, utiliter repetetur. Quod haud erit difficile, & unicà hæc cogitatione fieri poterit: Domine quod voulvi, volo. vel: Domine pacum meum re novo. Sic si cùlum ingentem facili labore mercaberis.

Pie aspirationes ad S. Spiritum pro septenis ejusdem donis impetrandas.

I.

Veni, ô Spiritus Sapientiæ! Instrue cor meum, ut sciam æstimare, & amare bona cœlestia, eaque terrenis omnibus anteponere. Monstra insuper viam, quæ illa consequi æternumq; possidere valeam. Amen. Pater noster &c.

C

II.

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
Rég. 318. 18. j./

52 Novum Florilegium

R. Et tu: amoris in eis ignem accende.
¶ Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Mentibus nostris, quæsumus Domine, Spiritum S. benignus insunde, cuius & Sapientiæ conditum sumus, & Providentiæ gubernamur. Per Dominum & ¶ Divinum auxilium maneat semper nobilitum. R. Amen.

Oratio S. Ignatio familiaris: immediate post elevationem, aut sumptionem Eucharistie dicenda.

Anima Christi sanctifica me, corpus Christi salva me, sanguis Christi inebria me, aqua lateris Christi lava me. Passio Christi conforta me, o bone Jesus exaudi me! intra vulnera tua sacrofand absconde me, & ne permittas me separari a te, ab hoste maligno defende me, & in hora mortis meæ non derelinquas me sed jube me venire ad te, ut cum electis & Sanctis tuis laudem tecum sæcula sæculorum. Amen.

Pia Paraphrasis in eandem Orationem.

Anima Christi omnibus sancti spiritu

Selectissimarum Precum.

53

Donis & charitatis exornata, sanctifica me, perfidem vivam, per spem firmam, per charitatem perfectam, quam nec tribulatio, nec angustia, nec mors ipsa dissolvat. O anima! quæ per naturalem informationem Christi es, sis etiam per gratiosam assistentiam & operationem Mea, pijsq; cogitationibus, & affectibus sanctifica me. Esto animæ meæ anima, & vita: quia sine te, omnis vita, mors est.

Corpus Christi, quod non solum immortem acerbissimam, verum etiam in caluberrimum animæ nostræ cibum, & immortalitatis pharmacum, jugeque sacrificium traditum est, salva me; o Divinum caput! in quo omnes sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, rege me, o benignissimi oculi! toties pro me lachrymis perfusi, respicite me. O Salvatoris Lingua! quæ verba vitae æternæ habes, doce me. O potentissimæ manus! quam attactu morbi pulsi, cœci curati, mortui resuscitati, tollite omnes Langores & morbos, tum corporis tuum animæ meæ, cœcitatem pellite, vitamq; gratiae restituite. Quis mihi det, o speciosi pedes! Ut cum Magdalena vos amplectar, & desuler, veniamq; peccatorum meorum

Do

C3

apud

spud vos inveniam, ô amabilissimum Peccus; ô Divinitatis sacramentum! ô amoris altare! jungere cordi meo, illudq; amore tuo inflamma.

Sangvis Christi, totus amore mei effusus, inebria me, ut amorem amore compensare, mortemq; pro morte subire, & usq; ad sanguinem peccatis generosè semper resistere admittat.

Aqua lateris Christi, ex aperto latere profluens lava me, amplius, amplius, lava me, & à peccato meo munda me: ut per apertum Christi peccus ad cor ejusdem amplexandum admitti merear.

Passio Christi, quæ omnia peccata nostra pertulit: conforta me, & contra omnes adversitates confirma me, viresquæ tribue, ut cruces, miseras, adversa omnia pro Domino meo Jesu Christo sustineam forti & alacri animo.

O Bone Jesu, omnis bonitatis fons, & origo, Exaudi me, quamvis magnum peccatorem, tua enim benignitas & gratia etiam peccatores exaudit.

Dilata benignitatis tuæ viscera, & intra tua vulnera, quæ asylum miserorum constitisti, absconde me; ne præda hostium ham, aut in manus offensi Domini

mei

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.18. j./

mei incidam. Hic securus latebo, hic misericordias tuas, ô bone JESU! in æternum cantabo.

Ne permittas scelerum meorum multitudine & gravitate offensus, me separari à te. Id oro per sacratissima vulnera, per pretiosissimum sanguinem, per acerbissimam Passionem & mortem tuam, & iterum iterumq; supplex oro, propter misericordiam tuam, mi Jesu! ne in æternum per mittas me, separari à te.

Ab hoste maligno, qui tanquam leo rugiens circuit, querens, quem devoret, defende, & protege me: ne quando dicat inimicus meus, prævalui adversus eum.

In hora mortis meæ, quando ab omnibus creaturis deserar, quando trepidus ex instabili hoc mundo ibo in Dominum æternitatis meæ: Voca me perditam ovem tuam, quæ toties vocem tuam audite renuit: voca inquam me, licet indignum nomine ovis tuæ, nam oves tuæ vocem tuam audiunt: voca me nihilominus, non meis meritis, sed tuâ permotus misericordiâ; quæ enim utilitas in sanguine meo, si descendero in corruptionem?

C 4

E

*Et in te me venire ad te, summum & unicum bonum meum, ad cuius fructu-
nem creatus sum. Jube me venire ad te
qui omnes vocas, ad te & solus mihi
sufficiis. Quid enim mihi est in cœlo, &
te quid volui super terram, Deus cordis
mei, & pars mea Deus in æternum.*

*Ut cum sanctis tuis, licet illorum cor-
suctio sim indignus, licet toties per pecca-
ta mea infernum meritus, à tua tame-
nitita bonitate ad illud admissus, Lau-
dem te Deum Salvatorem meum. In sa-
cula saeculorum, Amen. Ecquando ve-
niam, mi Jesu, & apparebo ante faci-
em tuam?*

Adoratio Christi in Eucharistia.

*O Domine JESU Christe! verus Deus
& homo, Egote hinc verè præsen-
tem agnoscere, supplex adoro: de viva
earnis tue, & sanguinis corporisq; & ani-
mæ veritate nihil omnino in vita & ago
ne dubitans. Utinā verò eo te modo con-
templari & cognoscere, diligere, lauda-
re, & glorificare queam, quo, tot Sancto-
rum Angelorum millia summo cum gau-
dio te contemplantur. Cognoscunt, dili-
gunt, & glorificant, in cœlis! Quantum
enim*

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.18. j./

*enim tibi debeo, quod amore mei e cœlo
descenderis, seq; in ara crucis pro me ob-
tuleris, etiam immortale monumentum
amoris tui te mihi in sacramento relique-
ris. Væ mihi, si amorem hunc amore
non compensem.*

*Actus fidei, spei, charitatis, & Re-
signationis coram venerabili.*

*O Sapientia! ô æterna veritas! ô bo-
nitas immensa! quæ nec falli, nec
fallere, potes, credo in te, & credo tibi
in omnibus, quæ revelasti, quæ per Ec-
clesiam mihi credenda proposuisti & pro-
ponis. Imprimis verò credo, te in sanctil-
limo hoc Sacramento esse præsentem,
prout apertis verbis asseruisti, quibus plus
tribuo, quam ingenio meo, omnibusque
sensibus: & naturæ ac dæmonis suggesti-
onibus. Ita ut pro hac fide per tuam gra-
tiam mori sim paratus.*

*Spero in te, ô bonitas infinita! teque
per inexhaustam misericordiam tuam, &
preciosissima merita, veniam, gratiam, &
gloriam mihi promissam, daturū confido.*

*Amo, & amabo te, & omnia, quæ
tu amas. Propter te, ô fons infinite
omnis boni! qui tu omni amore dignus es.*

Cf Gau-

Gaudeo de infinita perfectione, beatitudine & amabilitate tua, & de omni obsequio, laude, honore, & gloria tibi ab electis tuis, & creaturis omnibus unquam reddita, & in æternum reddenda.

Te, tuumquè in omnibus beneplacitum amplector, omniq; possibili reverentia, fiducia, amoris, & pietatis omniumq; ad salutem necessiarum & tib placentium virtutum affectu veneror & exoscular.

Quidquid in me est, affectus erga creature, in te solum transfero, quidquid egero in omnem æternitatem, aut passus fuero, cedat ad tuam gloriam. Totus si tuus: fac de me quidquid vis, nunc, & in æternum. Amen.

XXXIII.

Petitiones ad Christum per 33. annorum ætatis ejus merita.

JESUS versus DEUS.

O JESU, Deus verus de Deo vero! ei mihi in Deum protectorem, & domum refugii, ut salvum me facias.

O JESU, imago Patris! Renova spiritum mentis meæ, & sicut pertavi imaginem hominis terreni, portem & coelstis.

O Je

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

O JESU, Sapientia æterna! omnem à me vanam scientiam aufer; nihil enim scire cupio, nisi te Jesum meum crucifixum.

Jesus verus homo.

O JESU, verbum Incarnatum! habens in nobis; fac me Divinæ tuæ conformem naturæ in æternum.

O JESU, Fili hominis: qui cum essem in forma Dei, formam servi accepisti. superbia nunquam in sensu meo dominetur & elatio sed cordis profunda demissio.

O JESU, Primogenite in multis fratribus! fac mihi, sicut promisisti, locum in regno Patris tui, ut ubi tu es, & ego sim.

Jesus Redemptor.

O JESU, Redemptor meus! tuus sum ego accipe me; nam tuo sangvine, pretio sanè magno, emisi me.

O JESU, Salvator meus! salva me: nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

O JESU, auctor vitæ meæ! tibi vivit anima mea; mihi enim vivere, tu Christus es, & moriluctum.

Jesus Dominus.

O JESU, Dominus meus, & Deus meus! posside me: quia ego servus tuus, ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ:

O JESU, Rex meus! impera mihi agnosco jugum tuum verè suave esse, & onus tuum leve.

O JESU, Defensor meus! sub umbra tua protege me; pone me juxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me.

Jesus Sponsus.

O JESU, Sponsus sanguinum tu mihi es! despensa te mihi in misericordia & in miserationibus in sempiternum.

O JESU, amor meus, speciosus praefiliis hominum! quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram.

O JESU, solarium & gaudium meum intro duc me in cellaria tua; exultabo & laetabor in te.

Jesus Pastor.

O JESU, Pastor bone! qui posuisti animam tuam pro ovibustuis. Propter nos men tuum deduces me, & enutries me.

O JESU, Panis vive, qui de cœlo descendisti! tu solus es, qui repleas in bono desiderium meum.

O JESU, fons vita! sitivit anima mea ad

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.18. j./

Jesus Dominus.

O JESU, Dominus meus, & Deus meus! posside me: quia ego servus tuus, ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ:

O JESU, Rex meus! impera mihi agnosco jugum tuum verè suave esse, & onus tuum leve.

O JESU, Defensor meus! sub umbra tua protege me; pone me juxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me.

Jesus Sponsus.

O JESU, Sponsus sanguinum tu mihi es! despensa te mihi in misericordia & in miserationibus in sempiternum.

O JESU, amor meus, speciosus praefiliis hominum! quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram.

O JESU, solarium & gaudium meum intro duc me in cellaria tua; exultabo & laetabor in te.

Jesus Pastor.

O JESU, Pastor bone! qui posuisti animam tuam pro ovibustuis. Propter nos men tuum deduces me, & enutries me.

O JESU, Panis vive, qui de cœlo descendisti! tu solus es, qui repleas in bono desiderium meum.

O JESU, fons vita! sitivit anima mea ad

ad te, fac ut hauriam aquas in gaudio de fontibus salvatoris.

Jesus Magister.

O JESU, Magister à DEO nobis missus! bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.

O JESU, Doctor & præceptor meus! deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui.

O JESU, Lux mundi! Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deducant in monte in sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Jesus Advocatus.

O JESU, Advocate noster apud Patrem! sis propitiatio non tantum pro peccatis meis, sed etiam totius mundi.

O JESU, Mediator meus! Patri tuo me reconcilia, unus enim mediator Dei, & hominum tu es, Christe Iesu.

O JESU Refugium meum! intra vulnerata absconde me; hic in pace in idipsum dormiam, & Requiescam.

Jesus Medicus.

O JESU, Medice corporis & animæ meæ! qui dolores nostros ipse portasti: livore tuo sanatismus.

O JESU, vere samaritane! infunde

Jesus Dominus.

O JESU, Dominus meus, & Deus meus! posside me: quia ego servus tuus, ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.

O JESU, Rex meus! impera mihi: agnosco jugum tuum verè suave esse, & onus tuum leve.

O JESU, Defensor mens! sub umbra tua protege me; pone me juxta te, & cùjusvis manus pugnet contra me.

Jesus Sponsus.

O JESU, Sponsus sanguinum tu mihi es! despensa te mihi in misericordia & in miserationibus in sempiternum.

O JESU, amor meus, speciosus præ filii hominum! quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram.

O JESU, solarium & gaudium meum! intro duc me in cellaria tua; exultabo & lætabor in te.

Jesus Pastor.

O JESU, Pastor bone! qui posuisti animam tuam pro ovibus tuis. Propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

O JESU, Panis vive, qui de cœlo descendisti! tu solus es, qui reples in bonis desiderium meum.

O JESU, fons vitæ! sitivit anima mea ad te

ad te, fac ut hauriam aquas in gaudio de fontibus salvatoris.

Jesus Magister.

O JESU, Magister à DEO nobis misse! bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.

O JESU, Doctor & præceptor meus! deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui.

O JESU, Lux mundi! Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deducant in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Jesus Advocatus.

O JESU, Advocate noster apud Patrem! sis propitiatio non tantum pro peccatis meis, sed etiam totius mundi.

O JESU, Mediator meus! Patri tuo me reconcilia, unus enim mediator Dei, & hominum tu es, Christe Jesu.

O JESU Refugium meum! intra vulnerata absconde me; hic in pace in idipsum dormiam, & Requiescam.

Jesus Medicus.

O JESU, Medice corporis & animæ meæ! qui dolores nostros ipse portasti: livore tuo sanatismus.

O JESU, vere samaritane! infunde

vinum, & oleum in vulnera mea; & fana
animam meam, quia peccavi tibi.

O JESU, Agne innocens; pro me ad
occisionem duc te; Munda cor meum; tu
enim tollis peccata mundi.

Iesus Judex.

O JESU, Judex! qui venturus es ju-
dicare vivos & mortuos, non intres in
Iudicium cum servo tuo.

O JESU, Justitia mea! Responde pro
me; quia ego non potero respondere u-
num pro mille.

O JESU, Author sp̄ei meæ! statue me
à dextris inter oves tuas; & ab auditione
mala non timebo.

Iesus Glorificator.

O JESU, pars hæreditatis meæ! &
portio mea, in terra viventium, hæredi-
tatem meam restitue mihi.

O JESU, Merces mea magna nimis!
admitte me in bona Domini, quæ præ-
parasti diligentibus te.

O JESU, Vita, salus, & Resurrectio
mea! cupio dissolvi & esse tecum; mihi
enim adhærente Deo bonum est, & pone-
re in te omnem spem meam. Deus cordis
mei, & pars mea Deus in æternum. Amē.

C U L.

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

CULTUS BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

Oblatio sui ipsius ad B. Virginem.

Pretiosissima DEI Mater, universo-
rum Domina, & Princeps totius hu-
manigenetis, cui serviunt Angeli, & Ar-
changeli, Cherubim quoq; & Seraphim,
& universi Beatorum in Spirituum ordines
cum tota curia coelesti. Ego N. hominum
creaturarumq; viliissimus, motu proprio
tibi post Deum, Dominum nostrum, do-
minatrici gentium, & Principi Regnum, me
totum dedo in servum perpetuum. Te
in Dominam, Patronam, & Advocatam
eligo, firmiterq; statuo, ac propono me
nunquam te derelicturū, neq; contra te
aliquid unquam facurum, aut dicturum,
aut permisurum, ut à meis subditis con-
tra tuum honorem aliquid unquā agatur.

Exsilio me omni meo si quod ha-
beo jure, libertate, arbitrio: illudq; totum
in manibus tuis æternaliter depono. Su-
scipe me in servum perpetuum & Domi-
na,

na! utere & tanquam mancipium tuum
tracta, ac exerce, sis tu mea æternum Do-
mina ego servus tuus.

Me ego in tuam benedictam fidem,
singularem custodiam & in finum ma-
ternæ misericordiæ tuæ semel pro semper
transcribo, animam, corpus & omnia
mea tibi commendando, omnem spem &
consolationem meam, angustias & mi-
serias meas, prospera & adverfa; totam
vitam meam & finē vitæ meæ ut per tu-
am sanctissimam intercessionem, mis-
ericordiam, & per tua merita, omnia mea
dirigantur & disponantur cogitata, dicta,
facta, secundum tuam, tuiq; filij volun-
tatem ô Regina! ô Domina! ô Patrona!
ô Mater mea! ô Mater DEI memen-
to mei! adsis mihi in omnibus necessi-
tibus meis semper, & ubiq; nec deseras
me in hora mortis meæ Amen.

Oratio S. Bernardi ad B. Virginem

SAlve Mater misericordiæ, Domina
mundi, Regina cœli, Virgo Virginum,
Sancta Sanctorum, lumen cœcorum, ju-
storum gloria, percatorum venia, despe-
ratorum reparatio, deficientium fortitu-
do, salus orbis, speculum totius integri-

satis

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.18. j./

tatis salve. Tuæ quælo, ô Maria! sit pie-
tatis, obtainere reis veniam, medelam æg-
ris pusillis corde robur, afflictis consola-
tionem, adjutorium periclitantibus. Per
se accessum habeamus ad Filium tuum,
ut per te nos suscipiat, qui per te datus est
nobis. Excusat apud ipsum integritas tua,
culpam nostræ corruptionis, & humili-
tas tua Deo tam grata, nostræ veniam
impetrat vanitati, ac superbiæ. Copiosa
charitas tua, nostrorum cooperiat multi-
tudinem peccatorum: & fœcunditas tua
gloriosa, fœcunditatem nobis conferat
meritorum. O Domina nostra! Medi-
atrix nostra, Advocata nostra tuo Flio nos
commenda, tuo Filio nos reconcilia, tuo
Filio nos repræsenta. Fac ô benedicta per
gratiam, quam meruisti; per misericor-
diäm, quam peperisti; ut qui te median-
te dignatus est fieri particeps infirmitatis
& miserie nostræ, te quoquè interceden-
te, participes nos faciat beatitudinis &
gloriæ suæ. Iesus Christus Filius tuus

Dominus noster, qui est super
omnia benedictus in
æcula. Amen.

ALIA

Alia Joann. Lansbergij.

Quot Maris sunt guttæ, quot cœli stellæ,
quot Beatorum spiritum agmina;
quot arborum folia, & terræ gramina;
toties ex intimo cordis mei te saluto, ô r. o.
bilibissima! electissima, pulcherrima, glo-
riosissima, atquè dignissima Mater Dei,
cœli Regina præclarissima, amabilissima
atq; dulcissima Domina, Virgo Maria!
saluto autem te in unione amoris, & per
cor dilecti Filii tui, atquè omnium te
amantium, méque tibi comendo, atquè
in proprium Filium tibi attingo. Oro eti-
am, ut tu me suscipias, & apud Deum
facias, ut sim tuus, tu sis mea post Deum
Domina, gaudium meum, corona, ac
Mater mea dulcissima Patrona mea ad-
vocata mea, omnia mea.

Obsecro autem te ô Domina. Ma-
ter DEI admirabilis, Mater gloriofissi-
ma, Mater orphanorum, consolatio de-
solatorum, via errantium, salus omni-
um in te sperantium Virgo ante partum,
Virgo in partu, Virgo post partum, fons
misericordiæ, fons salutis & gratiæ, fons
consolationis & indulgentiæ, fons vitæ
& ve-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

& veniæ, fons pietatis, sanctitatis & læ-
titiae ut venias & festines in auxilium, &
consilium meum, in omnibus orationi-
bus, & petitionibus meis, in omni-
bus illis rebus, in quibus ego sum aliquid
facturus, locuturus, aut cogitaturus,
omnibus diebus ac noctibus, horis atq;
momentis vitæ meæ. Impetres quoquè
mihi famulo tuo, à dilecto Filio tuo Do-
mino nostro Jesu Christo virtutum o-
mnium complementum, cum omni mi-
sericordia & consolatione, omni consilio
& adjutorio, omni benedictione & satis-
factione, omni salvatione, pace & pro-
speritate, omnipudio & alacritate: eti-
am abundantiam omnium bonorum spi-
ritualium, & sufficientiam corporalium,
gratiamque Spiritus, qui me bene per
omnia disponat, animam meam custo-
diat, corpus meum regat, & protegat,
mentem erigat, mores componat, actus
probet, cogitationes sanctas instituat,
præterita mala indulgeat, præsentia eme-
det, futura moderetur, vitam honestam
& castam largiatur: fidem, spem, & cha-
ritatem mihi præstet, articulos fidei fir-
miter credere, & præcepta legis observa-
& pro-

& protegat, nec non à peccatis mortali-
bus me semper liberet, ac defendat usq;
in finem meum. Hanc orationem suppli-
citer exaudiat, & suscipiat, mihiq; vitam
æternam tribuat: audi, & intercede pro
me ô dulcissima Virgo Maria Mater DEI
& misericordiae. Amen.

Oratio Mendicantis à B. Virgine.

Saluto te humillime, laudo, & glorifi-
co, ô Sancta Maria! Domina mea cle-
mentissima, purissima, Sanctissima, feli-
cissima; Regina Angelorum potentissima;
Patriarcharum, Prophetarum, & Apo-
stolorum gloriofissima, Martyrum fortis-
sima; Confessorum sapientissima & feli-
cissima; Virginum, Viduarum, & omni-
um sanctorum mundissima; DEI Mater
verissima. Tu nôsti miserias meas infi-
nitatem & vulnera, paupertatem & nu-
ditatem:

Ecce gemitus meus, & languor desi-
derij mei coram te est. Sicut ubiunque
fuerit corpus congregabuntur & aquilæ:
ita ubiunque fuerit miseria, tua currit
& succurrat misericordia. Adeò pietate
replentus ubera tua, ut tacta alicujus mi-
seria

seriæ notitiâ, lac fundant misericordiæ:
nec potes miserias scire, & non subvenire.
Ecce pedibus tuis advolutus, ô asylum
miserorum, ô Mediatrix inter Deum &
homines! humiliter te rogo, & obtestor
maternum pectus tuum, per eum amo-
rem, quo JESUM Filium tuum diligis;
peream charitatem, qua nos in servos,
clientes, & indignissimos filios tuos ad-
teivisti: impetra mihi plenam remissio-
nem peccatorum meorum, verissimam
eorum detestationem, & contritionem per-
fectam, dignos in hac vita pœnitentiæ fru-
ctus: generosam item mortificationem sen-
suum, & passionum mearum, & plenissi-
mam tentationum victoriam. Exora mi-
hi augmentum fidei, certam spem, perfe-
ctam charitatem, integrum in volunta-
tem DEI resignationem, puritatem in-
tentionis, affectum devotionis erga JESUM
crucifixum, venerabile Sacramentum, &
erga te Dominam, ac Matrem meam.

Impetra mihi obedientiam erga su-
periores, affabilitatem, & mansuetudi-
nem erga omnes; profundam humilita-
tem, magnanimitatem, & in adversis
patientiam; pietatem, temperantiam, ti-
morem, & amorem DEI. &c. ac denique
perse-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

perseverantiae donum, sanctam & felicem mortem. Eja advocata nostra, exhibe mihi in hora mortis meæ, jucundissimam prætentiam tuam, & adversus ardore justitiae Divinæ, umbrâ tua me contege. Ita eris mihi semper Domina, & Regina clementissima, ac Mater amantissima; tuumquè honorem, & cultum, quibus potero obsequiis & officijs, tuo confirmatus favore, promovere conabor.

Memorare p̄iissima, & gloriissima Virgo Maria, Mater misericordiarum, & totius consolationis; à saeculo non esse auditum, ad tua præsidia currentem, tua implorantem auxilia, aut tua petentem suffragia, à te Virgo Maria, derelictum. Idecirco tali animatus fiducia, ad te Virginum, Regina cœlorum, & Domina Angelorum, ô Maria Mater Domini nostri Iesu Christi, confugio: ad te, stella maris curro; coram te miser, gemens & tremens afflito: noli ô Domina mundi, noli æterni Verbi Mater, verba mea despicer; sed audi propitia, & exaudi miserum, ad te in hac lachrymarum valle clamantein, nunc & semper, maximè in hora mortis meæ. O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria! Amen.

Medi-

Medicamen spirituale contra Pestem, aliasq; necessitates.

Constans V. Pſahnis, complectensq; hæterariè nomen MARIAE quorum quibet continet 12. versus, ad coronam 12. Stellarum applicatas quos cùm totâ fide & emanationis proposito legeris, id quod petes, vel melius petitis aliquid, secundum dispositionem Divinam assequeris.

Psalmus I.

Magna es Domina & laudabilis nimis, in Civitate Dei nostri & in universa Ecclesia Electorum ejus.

Misericordia tua & gratia tua ubique prædicatur, Deus operibus manuum tuarum benedixit.

Miserere nostri Domina, & sana infirmitatem nostram, tolle dolorem & angustiam cordis nostri.

Mitte Angelum bonum in occursum nostrorum, per quem ab hostibus defendamur.

Miserere nostri in die angustiæ nostræ, & in veritate tua irradia nos.

Miserere nostri Domina, miserere nostri, quoniam tu es spes & lux omnium sperantium in te.

Me-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

Memento nostri, perditorum salvatrix,
exaudi planctus & suspiria nostra.

Miserere nostri Domina & ora pro no-
bis, in lætitiam bonam verte mœstiam
nostram.

Miserere servorum tuorum Domina, &
ne sisas eos angustiari in necessitatibus
fuis.

Miserere nostri Regina gloriæ & hono-
ris, & de omni periculo custodi vitam
nostram.

Miserere nostri Mater Salvatoris, præ-
sta consolationem in tribulatione nostra.

Miserere contritis corde, Domina salu-
tis, & refove eos unguento pietatis.

Gloria Patri, &c.

Psalmus II.

Ad te Domina clamabo & exaudies
me, in voce laudis tuae lœtificabis me.
Ad te clamavi cum anxiaretur cor me-
um, & exaudisti me de monte sancto
tuo.

Amplectamur Mariæ vestigia reccato-
res, & beatis pedibus ejus provolvamus.

Accedite ad eam cum reverentia & de-
votione, & delectetur cor vestrum in sa-
lute sua

Acc-

Accedite ad eam in tribulationibus ve-
bris, & stabilit nos serenitas vultus ejus.

A rugientibus preparatis ad eam, de
manibus querentium nos, liberati fu-
mus gratiâ illius.

Attendite populi præcepta Dei, & Re-
ginæ cœli nolite obliuisci.

Aperite cor ad investigandam eam, la-
bia ad glorificandam illam.

Accendatur affectus cordis in illam, &
inimicos nostros induet confusione.

Abstulit à corde mœstiam, & mer-
ores, & suavitate suâ cor nostrum dulco-
ravit.

Adorate illam in decore illius, glorifi-
cate Opicem pulchritudinis ejus.

Adjutorio suo sancto evasimus pericu-
la mortis, & de sæva peste liberati sumus.

Gloria Patri, &c.

Psalmus III.

Refugium tu es Domina in tribula-
tione nostra, & virtus potentior
conterens inimicum.

Religiosi omnes horrore illâ, quia ipsa
est adjutrix, & vestra spiritualis advocata.

Recurramus ad eam in tribulatione
nostra, & eripiet nos de periculis nostris.

D

Ree

Recordare Domina ut loquaris pro nobis bonum. & indignationem Filij tu avertas à nobis.

Respice misericordiam nostram gloriose Virgo, angustiam & tribulationem nostra tades removere.

Recordare Domina pauperum & miserorum, & sustenta eos ope refugij tui sancti.

Recordare nostri Domina, ut non apprehendant nos mala, succurre nobis in fine, & inveniemus vitam æternam.

Resperge cor nostrum dulcedine tua fac nos oblivisci angustias hujus vitae.

Respice Domina humilitatem servorum tuorum, & ne finas eos periculis subjacere.

Reple nos servos tuos virtutibus sanctis, & ira Dei non appropinquet nobis.

Respice Domina humilitatem cordis nostri, & libera nos de afflictione pessima.

Reminiscere miserationum tuarum, Domina, releva peregrinationem incolatutus nostri.

Gloria Patri, &c.

Psalmus IV.

IN te Domina confido, propter multitudinem misericordiae nominis tui.

Ju-

Judica me Domina, quoniam ab innocentia mea digressus sum, sed quia in te speravi, non infirmabor.

In manus tuas commendabo corpus, & animam meam, totam vitam meam, & ultimum finem meum.

Infle nobis radios tuæ pietatis, & clarifica nos fulgoribus misericordiæ tuæ.

Innova signa & immuta mirabilia, ut sentiamus adjutorium brachij tui.

Intercede pro nobis salutifera Mater Dei; quia Angelorum & hominum salvatorem peperisti.

Infunde gratiam de thesauris tuis, & unguentis placida dolorem nostrum.

Ingrediatur oratio nostra in conspectu tuo, & voces gementium ne despixeris.

In manu tua Domina, salus & vita consistunt, lætitia sempiterna & æternitas gloria.

Inveniant quæso gratiam apud Deum, qui te in suis necessitatibus invocabunt.

In periculis, & rebus dubijs, & in necessitatibus cunctis, invenientes adjutorium.

Ipsa enim mederis contritis corde, & resoves eos unguento pietatis.

Gloria Patri, &c.

D 2

Psal-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.ig.j./

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. Ig. j./

Psalmus V.

Ad Mariam cùm tribularer clamavi, clementiâ suâ exaudivit me.

Ad te Domina levavi animam meam, in judicio Dei mei, & precibus tuis non erubetcam.

Ave gratiâ plena, Deus tecum, per quem salus mundi restauratur.

Ascendisti alternantibus hymnodiis Angelorum Choris, Archangelorum con-

stipata rosis, lilijs coronata.

Ablue Domina omnia peccata nostra, fana omnes infirmitates nostras.

Aufer à nobis tribulationem nostram, & dulcifica omnem dolorem nostrum.

Avertatur à nobis ira Dei per te, placum meritis. & precibus tuis.

Aperiantur per te nobis portæ Justitiae ut enarremus omnia mirabilia tua.

Ad Dominum accede rogatura pro nobis, ut per te liberemur de angustijs nostris.

Adjutorium nostrum sit in virtute nominis tui, per te omnia opera nostra dirigantur.

Ab omni tribulatione libera servos tuos, & fac eos vivere sub pace, & protegente tua.

Adoratio

Adorent te familiæ gentium, glorificant te omnes Ordines Angelorum.

Gloria Patri, &c.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster. &c.

¶. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo.

¶. Salvos Fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

¶. Mitte eis auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

¶. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Defende, quæsumus Domine, Beatâ Mariâ semper Virgine intercedente, istam ab omni adveritate familiam, & toto corde tibi prostratam, ab omni infirmitate, & teste, ab omnibus clē nentier tuere periculis. Per Christum. &c.

Similis efficaciam est hec Oratio ad impetrandum à Deipara quod petis.

Sancta Maria, perpetua Virgo Virginum, Mater misericordiæ, Mater gracie, spes omnium desolatorum, consolatrix

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

trix omnia desperantium. Per illum gladium doloris, qui tuam pertransivit animam, dum Virgineus Filius tuus Dominus noster Jesus Christus supplicium mortis pateretur in cruce, & per illum filialem affectionem, quo ipse materno dolori compassus, integerimæ dilectionis suæ Vicario Sancto Joanni, te providendam commendavit; compatere condole, consule quæso anxietati, adversitati, infirmitati, paupertati, solitudini & qualicunque necessitatimæ. O miseratrix miserorum, dulcis consolatio afflictorum, ac Mater misericordiarum, desolatorum piissima consolatrix. Exaudi ergo preces meas, & orbitatis meæ, ac miseriæ lachrimas: & quia in diversis malis & angustiis propter peccata mea positus sum, ignore ad quem fugiam nisi ad te Dominam meam, dulcissimam Virginem Mariam, Genitricem Domini nostri Jesu Christi, conformem, accommitem & reformatricem humanitatis nostræ. Ergo aures tuæ pietatis, sive consuetæ misericordia tuæ, precibus meis, benignè accommoda. Per viscera misericordissimi Filii tui, per dulcedinem quæ tunc habuit, queantum. Per humanum genus amplexatus est, nuper sitim, & gustum acetum felle mi-

deliberaret una cum Patre, & Spiritu sancto carnem pro nostra salute afflumere fragilem; & Angelo annuntiante, & spiritu sancto obumbrante, de te piissima Virgo Maria Incarnatus est, tuo sanctissimo utero clausus, Deus & homo gestatus ac natus est. Per angustiam, quam idem Filius tuus Dominus noster Jesus Christus habuit, quando in monte Oliveti Patrem invocavit, ut si fieri posset, transiret ab eo calix passionis suæ. Per trinam orationem ejus, per tristem quoque incessum tutum, quo secuta es eum cum lachrymis ad crudele spectaculum Passio- nis, & mortis ejus. Per probra, spuma, colaphos, irrisiones, falsas accusationes, & judicia injusta. Per vestem forte, & ludo acquiritam, per vincula & flagella ejus, per trinas iachrimas ejus, per guttas sanguinei sudoris ejus, per patientiam & taciturnitatem ejus, per pavorem ac tardium, & molestiam cordis ejus. Per verecundiam, quam habuit, quando denudatus est in cruce, & coram te piissima Virgo Maria, omniq; populo pependit. Per regale caput ejus arundine conquis- de fatum. Per spineam coronam ejus, do xti,

xti, per lanceam infixam sacratissimo latere ejus, per sanguinem & aquam, quae de sacratissimo latere ejus profluxerunt, & misericordiam, & gratiam super nos abundantanter effuderant, per clavos infixos manibus pedibusq; ejus, per commendationem ejus, quâ Patri suam pretiosam animam commendavit, per dulcissimum spiritum ejus, quem cum clamore valido clamando Eli Eli Lammabactani, & inclinato capite emisit dicens: Consummatum est. Per scissuram veli in templo, & petræ, per obscurationem Solis, & Lunæ, per tremorem terræ, per misericordiam ejus factam in latrone, per crucem, & Passionem ejus, per descensionem ejus ad inferos, per omnes animas quas adventu visitationis suæ lætificavit; per gaudium, & victoriam, & gloriam Resurrectionis ejus, per apparitionem ejus, quâ per quadraginta dies post Resurrectionem tibi præelecta Virgo Maria, & Apostolis, cæterisque electis apparuit, per gloriosam Ascensionem ejus, quâ, te Virginem gloriosam, & ipsis cernentibus est in cœlum elevatus. Per gratiam Spiritus Sancti Paracliti, quam discipulorum cordibus in linguis igneis infudit, & per eas in to-

Régi nyomtatványok, Éperjes tud. könyvtár:
/318.18. j./

in toto orbe terrarum longè lateq; diffundit, per tremendum diem judicij, quo tempore venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem, per omnem compassionem ejus tecum in hoc mundo participantis, per suavitatem oculorum ejus, per ineffabile gaudium, quo assumpta es in conspectum ejusdē Filii; ubi gaudes & exultas sine fine. Lætifica cor meum, & exaudi me in hac petitio- ne mea, pro qua te suppliciter exoro, & devotè. (*bis pete quod vis*). Et sicut certus sum, quod ille nihil tibi negans te honorat, ita sentiam facilius, pleniū, cele- riū, & efficacius tuum sanctissimum adjuvamen, & solamen, & medicinam, secundum suavitatem misericordissimicordis tui, & secundum dulcissimam Filii tui voluntatem ac timentium se, & delestantium in se, & petitionem cordis eorum, & propter necessitatem meam in his, & in omnibus rebus, pro quibus sanctissimum supplex invoco nomen tuum, & adjuvamen tuum, ut obtineas mihi apud Deum, dulcissimum Fium tuum, in fide Catholica, spem firmam, Charitatemq; perfectam, veram cordis contritionem, fontem lachrymarum, fin-

Dominus
ceram

ceram confessionem, dignam ac sanctissimam satisfactionem, diligentemq; eu-
stodiam à peccatis, contemptum mundi,
dilectionem Dei, & proximi, flagella dilec-
tissimi Filij tui in corpore meo immunitissimo,
veram patientiam ad omnia ea,
quæ pro amore Filij tui sunt sustinenda,
etiam mortem turpissimam, si oportue-
rit, executionem votorum, perseveranti-
am in bonis operibus, mortificationem
propriæ voluntatis, conversationem sibi
placentem, felicem obitum, & in extre-
ma hora vite meæ, pœnitentiam vehe-
mentem, bonique sensus integritatem,
eum loquela: & animabus parentum
meorum, fratrum sororum, & omnium
benefactorum meorum, vivorum & mor-
tuorum vitam sempiternam, Amen.

AD MONITIO

De Litanis B. Mariæ Virginis.

Circa Litanias Lauretanæ vulgo notas no-
tandum est, multis ab hinc annis viros
nonnullos Religiosos convenisse, ut eas, pro
se invicem recitarent pro felici morte, &
gratia ad hanc necessaria obtinenda. His
se junxerunt in Italia, Hispania, India,
Gallia, Germania, & Hungaria, multa
miles

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

millia bouzium. Ad hoc autem, ut quis
particeps sit istarum precum.

I. Oportet ut has Litanias quotidie recitet
cum oratione ad Sanctum Josephum.
Sanctissimæ Genitricis, &c.

II. Ut ipse dicat has preces pro omnibus, si-
c ut omnes pro ipso.

III. Ut recitet pro felici morte & gratia ad
hanc necessaria impetranda.

Qui vero has Litanias recitare volet pro se
solo, in fructu sperato non carebit.

Post Litanias, vel cum dicuerit, commode
subjunguntur tria Ave Maria, cum toti-
dem oraciunculis, quas ipsa Deipara tra-
ditur docuisse S. Mechtildem, promittens
iisdem, qui has quotidie recitaverint, feli-
cem mortem

I. Ave Maria. &c. Oratio,

O Domina mea sancta Maria, sicut
Deus Pater per omnipotentiam su-
am te potentissimam effecit, ita mihi quæ-
so, ad sis in hora mortis, expellendo à me
omnem ontrariam potestatem.

II. Ave Maria. Oratio.

O Domina mea sancta Maria, sicut
te Filius Dei tanta sui cognitione
& claritate dignatus est, ut totum cœlum
illuminares; ita in hora mortis animam

meam cognitione fidei sic illustres, & corrobores, ut nullo errore aut ignorantia pervertatur.

III. Ave Maria. Oratio.

O Domina mea sancta Maria, sicut Spiritus Sanctus tuum amorem tibi planè infudit; ita tu in hora mortis dulcedinem amoris divini mihi instilla, ex quo omnis amaritudo mihi reddatur suavissima.

Sanctissima Dei Parens Maria Virgo per acerbissimæ passionis Jesu Christi Filij tui merita, te supplex rogo, ut si forte hodie, vel hac horâ, vel hoc momento me moti contigerit, mei memineris.

O amantissima mater mea, in manus tuas commendo animam meam, & corpus meum, & finem vitæ meæ.

O Domina dulcissima, visceribus misericordiae plena, Sancta Maria, succurre mihi misero peccatori, antequam mors subitanea, & improvisa superveniat, ne subito, & imparatus de hoc mundo transeam. Ora pro me Maria Virgo benedicta, ob unigeniti Filij tui Domini nostri Jesu Christi mortem amarissimam; ut peccati detestatione, diaboli, & operum ejus abrenunciatione, verâ contritione, purâ

&

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

& humili confessione, penitentiâ & satisfactione, dignâ Sanctissimorum Sacramentorum acceptione, & proximi dilectione, Filio tuo reconciliatus de hoc mundo transeam. Fac mecum misericordiam tuam, ô Beata V. Maria Mater Dei! in illa tremenda hora, quando spiritus vitales deficient, & mortua lingua se non poterit movere ad invocandum te, neque oculi mei lucem capere poterunt, auresq; meæ nulli voci patescent.

Memor esto tunc precum, ô Maria! quas nunc fundo ad aures tuæ pietatis, & subveni mihi in illa hora ultima necessitatis meæ, ut liberer à ministris diaboli, & collocer cum Christi fidelibus, Filij tui servis & amicis.

O felix Maria! tu Mater Dei, tu Mater rei, tu Mater Judicis, tu Mater exulis; cum sis Mater utriusque filii, ne finas filium reum damnari per Filium Deum: sed Maternâ pietate procura, ut filius reus, reconcilietur Filio, qui est Deus,

& per Filium Judicem, filium exullem recipere in patriam.

Amen.

Allie

*Aliæ VII. Pie Oratione ad B.
Virginem pro felici obitu: in singulos
hebdomadae dies distributa.*

DIE DOMINICO.

Ave, gaude, vale, salve Domina sanctissima, Virgo Maria, Mater misericordiæ, & Consolatrix omnium ad te devotè confugientium, cœli Regina in cœlesti palatium, cum ingenti jubilo sanctorum introducta, per te Sanctissima Virgo Maria, transitus de hoc mundo in extremis meis Catholicâ fide, purâ confessione, corporis, & sanguinis Jesu Christi devoçâ perceptione muniatur,

Feria II.

Propter honorem materni nominis, & amorem Virginei partus tui animam meam de hoc mundo migrantem clementer assume. Defende eam ab immundis spiritibus, eorumq; accusationibus, terroribus, læsionibus, & illusio-nibus.

Feria III.

Veni Domina mea cum cœlesti militia, in exitu miserere animæ meæ, para ei iter tutum, cum ante districtum Judicem Filium tuum ducta fuerit, & quia

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

quia te piam Matrem misericordiæ tunc invocare non possum, ideo nunc anima meam in illa fide recommendo tibi, in qua Deus Pater unigenitum Filium suum commendavit, quando cum de te carnem sumere voluit in qua ipse Filius Dominus Jesus Christus in cruce pendens, te S. Jo-anni in Matrem, & illum tibi in filium commendavit, in qua SS. Trinitas in transitu tuo animam tuam sanctissimam suscepit, teq; ad thronum glorie collocavit; ita & tu clementissima Virgo Maria; animam meam non deseras, quoisque tuis meritis, & precibus gratiam, & misericordiam à dilecto Filio tuo Domino no-stro Iesu Christo obtineat, & quod minus habent mea merita, suppleat gratia tua, & misericordia, quia tu es unica ies & misericordia mea cum Domino Iesu nostro.

Feria IV.

Surge ergo pia, surge propitia, intra sanctuarium exauditionis, expande immaculatas manus tuas ante aureum altare humanæ reconciliationis. Erit per te impetrabile, ô Mater, & Spes mea post Deum, Maria, quod perte integro, erit excusabile, quod timeo. Nec potest diu sustinere supplicantem, quem tu fæpissime con-

consolata es dulcis Mater vagientem. Tibi ergo ô Genitrix vitæ, ô Mater salutis, ô templum pietatis, & misericordiæ! tibi se commendat peccatrix anima mea, morbo vitiorum scissa, ulceribus flagitorum putrida, ut tuis meritis & precibus digneris eam sanare tuoque Filio reconciliare.

Feria V.

OClementissima, ô piissima, ô dulcissima Virgo Maria! propter infabiliem misericordiam, & Virginium partum, eripe animam meam in ultima hora eggessionis ejus à corpore, ab omni potestate, & invasione dæmonum, ne cum ipsis impiis æternis deputetur incendiis, sed pro judicio tuæ inexhaustæ pietatis, & misericordiæ, restitue eam in paradisum jucunditatis æternæ.

Feria VI.

Esto mihi ô Virgo Maria in extremis meis auxiliatrix, adiutori mihi ô beatissima Virgo Maria! in illa hora, quando præmortuam linguam meam movere non potero ad te invocandum; & cum oculos meos levare non potero ad te Virgo Maria, esto tunc memor precum meorum, quas nunc ad te fundo.

Sab-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g. j./

Sabbato.

Subveni mihi Domina in hora resolutionis meæ, ne princeps tenebrarum mihi occurrat, nec potestas inferorum ad versus me prævaleat. Nec patiari ô Virgo Dei Genitrix! animam meam gehennalibus pœnis subjacere, sed eam ab æternæ mortis caligine libera, ipso auxiliante, & misericorditer concedente, quem tu concipere, parere, & lactare meruisti, Jesu Christo Filio tuo Domino nostro, qui cum Patre, & Spiritu Sancto, vivit, & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Meminerit Lettor devotus concessisse Leonem X. P. M. omnibus fidelibus indulgentias mille dierum, dicentibus unum Ave Maria profaci morte, quandocumque hora auditur: quod ipsum confirmavit Paulus V.

QUINQUE PROTESTATIONES
Ad S. Angelum Custodem profaci morte.

PROTESTATIO I.

IN Nomine Sanctissimæ Trinitatis, Patris, Filii, & Spiritus sancti. Ego infelix & miser peccator N. protestor in prælentia tua, ô Angele DEI! affignate mihi à Divina Majestate pro Ductore, cum pri-

mùm-

mūm natus sum; velle & desiderare me mori in ea sola, vera & Catholica Fide, quam sancta Romana, & Apostolica tenet, & profitetur Ecclesia, & in qua omnes Sancti, quotquot fuerunt unquam, uspiam mortui sunt: nec desidero diutius vivere, quam placeat DEO meo, cui omnem meam voluntatem integrē & ex toto subijcio.

PROTESTATIO II.

Protector etiam, ô Angele DEI! desiderare & velle me sub tua sancta custodia, ac protectione, discedere ex hac vita, cum spe divinæ misericordiæ, sine ulla titubatione in fide, non obstante quācunque multitudine & gravitate peccatorum meorum: certò sciens, ac firmissime credens, etiam unam solam guttam pretiosissimi Sangvinis Domini nostri Jesu Christi, sufficientem futuram suisse, non solum ut me salvaret, sed universum etiam genus humanum, quin & mille mundos: si ita placitum fuisset divinæ suæ Majestati.

PROTESTATIO III.

Similiter protestor, ô Angele sancte! perte me ex intimo corde, participem fieri misericordiæ Redemptoris, & Domini mei

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.ig.j./

ni mei JESU, remissionemq; omnium peccatorum meorum consequi: sciens, quod ipse eam nulli peccatori quantumvis gravi & abominabili, neget, ritè contrito & confessio, idq; per & propter merita amantissimæ tuæ passionis, & mortis, & virtutem pretiosissimi Sangvinis sui pro me indignissimo in ligno crucis copiosè effusæ; per merita demum sanctissimæ Matris suæ Virginisq; Mariæ, & omnium Sanctorum, & Angelorum.

PROTESTATIO IV.

Iterum protestor, sanctissime mihi Custos supplicare me divinæ pietati, ut dignetur me recipere in numerum eorum, quos ab æterno prædestinavit in suam gloriam: etiamsi oporteret me pati ob peccata mea in purgatorio ad novissimum usq; iudicij diem, dummodo tandem per ipsius infinitam misericordiam, consequar vitam æternam.

PROTESTATIO ULTIMA.

Sanctissime & vigilantisime Custos, protestor demum constituere me te Procuratorem Testamenti, ultimæq; voluntatis animæ meæ, ad impetrandum mihi à Domino meo Jesu, tres gratias. Prima est, ut mihi donet unum solum lacry-

chrymosum suspicium, ex infinitis illis, que habuit ipse, dum per tres horas vivus fuit in Cruce, quorum efficacia & virtute mitigentur lachrymabiles illi singultus, cordisq; pressuræ & angustia, quibus in hora mortis affligar. Et ut gloriofima Mater Dei Maria dignetur me vel unico etiam aspectu, ex ijs, quos ipsa sub Cruce stans habuit, desigendo in unicum Filium suum virgineos oculos; suscipiendo me in eorum numerum, qui ejus precibus, & meritis in die judicij obtinebunt salutem, & vitam sempiternam. Altera gratia est, ut tu, fidissime custos meus, in illa potissimum hora mihi succuras, quando anima mea separabitur à corpore meo, ut inveniam benignum Judicem, merito flagrantissimæ illius charitatis, quâ paternum ipsius peccatum in cruce fuit inflammatum pro salute peccatorum. Ultima demum gratia est, ut tibi habeas commendatam, eamquæ de ergastulo corporis egressam dexteræ tuæ potentiam Redemptori meo offeras, ut cum unâ tecum, & Sanctis omnibus in cœli gaudijs videam, perfectè amem,

eoq;

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

eoquæ æternaliter fruar, cui sit laus, honor, & gloria in omnem æternitatē. Amē.

C O M M E N D A T I O A C P R O T E-
Statio ad S. Angelum Custodem, manè
quotidie facienda.

Beatissime mi Angele Custos, ego quamvis tuâ sacrâ custodiâ indignifimus, impulsus tamen eximiâ charitate tuâ, & zelo illo, quem habes erga salutem animæ meæ; eligo te hodie in præsentia totius curiæ cœlestis, pro singulari Protectore, & advocate meo, fieri terq; propono, tibi ad mortem usq; fideliter semper obedire. Obsecro te igitur per gloriam illam, quâ in cœlo jam fueris, ut acceptes hoc propositum meum, & gratum habeas sincerum hunc affectum erga te meum: adsis mihi in omnibus actionibus meis, gratiamq; impetres à tuo, & meo Domino, ita me gerendi in omnibus cogitationibus, verbis, & operibus meis; ut purissimos oculos tuos nunquam offendam, nequæ divinam Majestatem ad justam contra me iram accendam. Adsis mihi semper, nec deseras in hora mortis meæ

Amen.

C O R O L-

COROLLA SIVE ROSARIUM
Sancti Angeli Custodis, sic recitari potest.

Ad globulos maiores dicatur Pater noster: ad minores hac Oratio: Angele Dei, qui Custos es mei, me tibi commissum pietate supernâ, hodie, & in hora mortis meæ illumina, custodi, rege, & guberná, Amen.

Oratio ad S. Michaëlem Archangelum.

Summæ sedis Minister: Princeps militiæ cœlestis, & signifer Curiæ superiorum, sancte Michaël, Angele piissime: Archangele placidissime, tibi corpus, & animam, totâ intentione, tuendam committo, tibi specialiter post Deum, & Dei Genitricem, vitæ & mortis meæ curam commendo: te hodie, & quotidie, in præsentia totius cœlestis Curiæ, pro singulari Patrono, Protectore, & Advocate meo eligo. Obscero igitur te, per gloriam illam, quâ in cœlo jam frueris, ut hoc propositum meum, & syncerum hunc affectum erga te meum gratum habeas: O serve DEI excelsi, S. Michaël, adesto mihi nunc, & semper, at maximum in fine vitæ meæ, ipsum obitum at-

ten-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.ig.j./

tentiūstib⁹ commendo: benignè me tunc consolare, conforta, & protege. Impetra mihi plenam omnium peccatorum meorum veniam, & profundam humilitatem, & alias virtutes omnes; effice tuis glorioſis precibus, & meritis, ut anima mea tota munda hinc exeat. Insuper rogo te, ut in novillimo die benignè suscipias animam meam, in finu tuo sanctissimo, & eam comitantibus Angelo Custode meo, & Angelis tuis, ad requiem sempiternam, cum exultatione perducas. Amē.

O R A T I O

S. Michaëli gratissima, sicut ipse cuidam Episcopo apparens afferuit.

PPrinceps glorioſissime Michaël, Dux cœlestium Exercituum; susceptor animalium; debellator malorum spirituum, Ecclesiæ DEI, post Christum admirabilis grandis excellentiæ, & virtutis Rector, omnes nos clamantes ad te, ab omni libera adversitate, & in omni cultu DEI facias proficere tuo pretiosissimo officio, & dignissimâ prece.

V. Ora pro nobis Sancte Michaël.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORE-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár ::
/318. Ig. j./

OREMUS.

Omnipotens sempiterne DEUS, qui salutis humanæ naturæ, ex summa clementia tua, gloriosum Michaëlem Archangelum, mirabiliter deputasti; concede propitius, ut ejus salutari subfido hic mereamur ab omnibus hostibus defendi efficacissime, & in obitu nostro ab omni tentatione liberari, tuæ excelsæ Majestati beatificè per eum præsentari. Per Christum Dominum nostrum, Amer.

LITANIAE

Ad S. Michaëlem Archangelum.

Kyrie eleison, Christe eleison, &c., I
Ora pro nobis.
ut in initio Litaniarum.
S. Michaël Amator æternæ sapientiæ.
Zelator honoris VERBI Incarnati.
Propugnator Dignitatis Divinæ.
Professor humilitatis Creaturæ ad Deum.
Primus Divinæ voluntatis minister, &
Executor. Ora pro nobis.
Professus subjectionis ad Dominum DEI.
Exemplar Angelorum Sanctorum.
Dux Divinarum Legionum, & Exercitus
Patriarcha. Ora pro nobis.
Fidelitatis DEO debitæ magister.

Pri-

Selectissimarum Precum.

Primus bellator, & viator bellorum Domini. Ora pro nobis.
Pacificator Cœli. Ora pro nobis.
Glorificator Dei. Ora pro nobis.
Præpositus paradisi. Ora pro nobis.
Triumphator primus inimicorum DEI,
& Primas curiæ Angelicæ. Or. p. nob.
Primitiæ omnium Creaturarum beatarum.
Princeps, de primis adstantibus coram
Throne DEI. Ora pro nobis.
Præses Ecclesiæ Dei in utroq; testamento.
Rector Angelorum nos in hac vita Cu-
stodientium. Ora pro nobis.
Intersector Antichristi. Ora pro nobis.
Vexillifer Crucis Jesu Christi. Or. p. nob.
Agonizantium adjutor, & Consolator.
Discretor meritorum nostrorum in Ju-
dicio DEI. Ora pro nobis.
Administrator purgatoriij. Or. pro nob.
Observator abyssi infernalis. Or. pro nob.
Beatorum in Regnum DEI introductor.
Societas Seraphicæ primus socius &
Fundator. Ora pro nobis.
Angelorum Fidelium DEO, instructor.
Primus viae Salutis decursus. Or. p. nob.
Primus bravij glorificatus possessor.
Mariani zeli amatör, propagator & in-
censor in hominibus. Or. pro nobis.

E

Agnus

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.ig.j./

98

Novum Florilegium

Agnus Dei. &c. Kyrie eleison. &c.
Pater noster &c. Ave Maria. &c.

O R E M U S.

DEUS qui gloriosissimum Michaëlem Archangelum, omnium Angelicarum Creaturarum Principem, in natura, gratiae, & in gloria, in Triumphantem, ac militante Ecclesia fecisti, eumque nobis specialem præsidem, parentem, Imperatorem contra omnes animæ & corporis hostes pro hac, & pro altera vita donasti. Commenda me obsecro huic tuo amatori zelatori in peculiarem curam, favorem. Infunde mihi maximum illius honorandi, invocandi, imitandi.

S Studium, ut ejus patrocinio in amore sui Seraphico, zeloq; tui ardenti, ac incessibili ardens, dignus inveniar, qui ab illo amer, custodiar, fovear, & demum in numerum beatorum annumerer.

O! Michaël Princeps Archangelorum gloriofissime, accende me odio mei, & peccati; accende me efficaci Zelo gloriæ divinæ, & amoris, super omnia. Accende me v. vo, inflammato ac perseveranti amore, honoreq; tui B. V. Mariz, fave in omnibus viis meis, negotijs, necessitatibus meis, cogitatis, dictis, ac fa-

ctis.

Selectissimarum Precum.

99

Etis: in tota vita mea, ac deniq; in amaro agonis mei silentio, & in hora mortis Amen.

Efficax Oratio S. Augustini ad SS. Trinitatem, & S. Michaëlem, atq; alios Angelos in quovis periculo dicenda.

Deus in adjutorium meum intende † Domine ad adjuvandum me festina. Adjuva nos Deus salutaris noster. † & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris. In manus tuas commendabo spiritum meum † redemisti me Domine Deus veritatis, & subitanea, & improvisa mala morte liberet nos Pater † Filius † & Spiritus Sanctus †

DEUS propitius esto mihi peccatori, & custodi me; sis tecum omnibus diebus, & noctibus vitæ meæ. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, miserere mei, & mitte mihi in adjutorium sanctum Michaëlem Archangelum, qui me defendat & protegat ab omnibus inimicis meis. Sancte Michaël Archangele defende me in prælio, ut non peream in tremendo Judicio. O Sancte Michaël Archangele, per gratiam, quam meruisti, te deprecor, & per unigenitum Filium

E 2

um

um Dei Dominum nostrum Jesum Christum, ut eripias me hodie à periculo mortis. Sancte Gabriel, Sancte Raphaël, omnes Sancti Angeli, & Archangeli succurrite mihi. Precor vos omnes virtutes cœlorum, ut detis mihi auxilium, & potentiam ut nullus inimicus mihi nocere possit in via, nec in aqua, nec in igne: ne offendar à subitanea morte, nec me dormientem neq; vigilantem opprimat aut lædat. Ecce crucem Domini, fugite Partes adversæ, vicit Leo de tribu Juda Radix David, Alleluja. Salvator mundi salva nos, qui per Crucem + & Sangvinem tuum proprium redemisti nos, auxiliare nobis te deprecamur Deus noster. Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte immortalis miserere nobis. + Christi salva nos. + Christi protege nos. + Christi defende nos. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Benedicat me Imperialis Majestas, protegat me Regalis Divinitas, custodiat me sempiterna Deitas, defendat me immensa Trinitas, foveat me gloria Uni-
tas, regat me potentia Patris, vivificet me sapientia Filii, illuminet me septiformis virtus Spiritus Sancti, nunc, & in æternum. Amen.

NOVA

NOVA PRAXIS GOLENDI
S. JOSEPHUM.

Quam S. Josephus docuit, & sibi placere al-
seruit duobus ex Ord. S. Francisci, Navi-
mersâ, inter flustus cum morte luctanti-
bus & D. Josephi opem impioransibus;
his enim visibiliis adfuit, & ad portum de-
ductis suorum dotorum memoriam com-
mendavit, suum illis auxilium pollici-
tus, qui eam frequentassent. Gratian. in
vita S. Jos. l. s. c. 4.

I. S. Joseph cui admirandum cum Ma-
ria conjugium dolori primum fu-
it, de puritate nulli periculo exponenda
sollicito, donec impulsu Divino illud ini-
xisti: doce me quomodo animum dolere
aliquo pressum debeam ad Deum eleva-
re. Pater noster &c. Ave Maria &c.

II. S. Joseph, qui cum desponsata tibi
Maria inventa esset in utero habens, mæ-
stus cogitabas de illa occulte dimittenda:
Impetra mihi coelestem prudentiam cum
charitate conjunctam. Pat. nost. Ave M.

III. S. Joseph qui dolebas cum tibi, &
Mariæ in Bethlehem non erat locus in
diversorio, adeoq; natus ex illa Jesus de-
buit in praesepio reclinari: doce me pati-
E; enti-

entiam solidam, seu domi sit aliquid,
seu foris patientium. *Pat. nost. Ave M.*

IV. S. Joseph. dolore anxie, cùm Herodis metu, nocte JESUM, & Mariam accepisti, ac in Ægyptum fugisti: protege me cum Jesu & Maria, si quis animæ meæ tyrannus, vel occasio quærat perdere me; Doce me fugere. *Pat. nost. Ave M.*

V. S. Joseph doloribus plene, cùm ex Ægypto redux, ne in Archelaum Herodis filiū tunc regnantē incideres paruisti: doce me ita Angeli mei monitis parere, ut quidquid animæ periculum creare possit, evitem. *Pater noster &c. Ave Maria &c.*

VI. S. Joseph qui amissum 12. annos natum Jesum dolenter quæsivisti: doce me illum nunquam amittere per peccatum, doce me quidquid ab illo separare potest, totis viribus detestari. *Pater. Ave.*

VII. S. Joseph qui motiens non sine dolore tulisti à Jesu & Maria corporaliter separari: rogo te per amorem Jesu & Mariae, ut præsis omnibus doloribus mortis meæ, ultimosq; dolores mitiga. *Pat Ave.*

JESU! Maria! Joseph! mei dulcissimi amores, vestri amore patiar, vestri amore moriar! Vester sim totus, & nullatus meus! Amen.

Lita-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.ig.j./

Litanie de S. Josepho, Sponso B.V.

KYrie eleison, Christe eleison, &c. *ut in initio Litaniarum.*

S. Joseph Beatae Virginis Sponse,
S. Joseph in ventre Matris justificate,
S. Joseph à peccato mortali immunis fa-
S. Joseph in gratia confirmate, (et e,
S. Joseph, Patriarcharum Culmen,
S. Joseph, inter omnes in Virginis con-
nubium electe, (nate,
S. Joseph ineffabili benedictione do-
S. Joseph, cui Regina cœli ministravit,
S. Joseph, Christi Pater vocate,
S. Joseph, Christi Tutor amantissime,
S. Joseph, Christi Nutritie fidelissime,
S. Joseph, Christi pueri post Virginem

prime Adorator. (berasti,

S. Joseph, qui Christum ab Herode li-
S. Joseph, qui virginē traducere noluisti
S. Joseph, Christo & Matri simillime,
S. Joseph, Spiritus Sancti donis abun-
dantissime.

S. Joseph, Vir Angelice,
S. Joseph, qui monitione Custodis An-
geli in Christo curam exercuisti,
S. Joseph, qui ut Angelus Divina ora-
cula retulisti.

E 4

S. Jo-

Ora pro nobis.

S. Joseph, qui ut Principatus, Christum magni Consilij Angelum gubernasti,
 S. Joseph, qui ut Virtus, Minister Christi fuisti,
 S. Joseph Dominationibus major, cui Rex & Regina Cœlorū serviverunt,
 S. Joseph, in cuius brachijs & gremio tanquam in throno Christi insedit,
 S. Joseph, qui ut Cherubin, Virginis paradisi Custodiam habuisti,
 S. Joseph, Vir Seraphice.
 S. Joseph, Contemplator altissime,
 S. Joseph, inter brachia Christi defūcte,
 S. Joseph, Angelici concentus Auditor
 S. Joseph, ad limbum Patrum, Christi Praecursor.
 S. Joseph, qui inter alios cum Christo surrexisti,
 S. Joseph, qui corpore, & animâ peculiaribus gloriæ donis frueris.
 S. Joseph, Patrona & Defensor noster dulcissime,
 In omnibus nostris angustiis, Adjuva nos Sancte Joseph.

In hora mortis nostræ, Adjuva nos S. Jos.
 Per æternam Præelectionem tuam, Adjuv.
 Per castissimam Desponsationem tuam, Adj.
 Per omnes Labores & Sudores tuos, Adj.

Oratio nobis.

Per

Per omnes Virtutes tuas, Adjuva nos S. J.
 Per omnia merita tua, Adjuva nos S. Jos.
 Per omnem beatitudinem tuam, Adjuva.
 Clientes tui. Te rogamus audi nos.
 Ut à IESU Dilecto tuo peccatorum nostrom veniā deprecari digneris. Terog.
 Ut Sodalitates omnes peculiari tibi obsequio devotas, tuo favore prosequi digneris, Te rogamus audi nos.
 Ut omnes de tuo Patrocinio confidentes semper & ubiq; protegere digneris, Te.
 Ut omnibus Fidelibus defunctis intercessionis tue Suffragio succurrere digneris, Te rogamus audi nos.
 Agn' Dei, qui tollis peccata mundi, Parce.
 Agn' Dei, qui tollis peccata Mundi, Exaudi.
 Agn' Dei, qui tollis peccata Mundi, Misere.
 Christe audi nos, Christe exaudi nos.
 Kyrie eleison, Christe eleison.
 Kyrie eleison. Pater noster. O.
 ¶ Valde honorandus est, & amandus S. Josephus.
 ¶ Inter cujus brachia Christus recubuit.

O R E M U S.

OMnipotens & mitissime DEUS, qui Beatum Josephum justum, Filium David, Mariæ Virginis tue Matri Sponsorum providisti, & tuum Nutritum elegisti,

Eg

gisti,

gisti, da quæsumus, ut ejus precibus, & meritis tranquillâ pace lætemur, & ad perpetuæ visionis tuæ Consolationem perducamur. Qui vivis & regnas in sœcula sœculorum. R. Amen.

Votiva Oratio ad S. Josephum.

Sanctissime Joseph, Iesu Christi Nutritie, ac Mariæ Virginis Dei Matri Sponse, periclitantium, & Agonizantium gloriofissime Advocate, ac omnium servorum Mariæ, Sponsæ tuæ protector fidelissime. Ego te hodie etiam coram Iesu & Maria, & coram tota Cœlia coelesti, in Dominum, Patronum, Patrem, ac Advocatum vitæ ac mortis meæ eligo, firmiterquè statuo, ac propono, me nunquam te derelictum, nequè contra te aliquid unquam dicturum, facturum, nequè permisurum, ut contra tuum honorem aliquid unquam agatur: suscipe me ergo in Servum & Clientem tuum, meq; Mariæ Sponsæ tuæ in perpetuam protectionem, & in æternas Iesu misericordias commendâ: adfis mihi in omnibus actionibus meis, quas omnes offero ad majorem Iesu & Mariæ, ac tuam gloriam; nec me deseras in hora mortis meæ,

ad

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtér:
/318.15. j./

ad quam te singularissimè nunc pro tunc invito, ut quod possibilitas mea non obtinet, tuâ mihi intercessione donetur, per JESUM Christum dilectissimum Alumnum & Mariam Sponsam tuam, Amē.

JESUS, MARIA, JOSEPH, Vobis trado Cor & animam meam.

Alia pro Animi & Corporis puritate conservanda.

O Sanctissime Josephe, nutritio Iesu Christi, ego humillimus cienstuus, animi, & corporis mei castitatem singulariter tibi commendo; & rogo te per Paternam in Iesu custodiam, & puritatem tuam, ut me eidem Iesu Christo Filiotuo, & Agno immaculato, ejusque vigilatissimæ Matri, immaculatissimæq; Virginum Mariæ commendare digneris, & ab omni graviore peccato custodire. Ne permittas me ullâ unquam impuritatis labie foedari: sed cum primùm in tentatione, & peccandi periculo constitutum me videbis, abige procul à corde meo cogitationes, & affectus omnes immundos, & injectâ memoriâ æternitatis, & Christi Crucifixi, imprimè mihi medullitus ô Josephe sensum timoris Do-

E 6 mini,

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g. j./

mini, & divini amoris in me ignem accende. Amen.

Virginum Custos & Pater sancte Joseph, cuius fideli custodiæ, ipsa Innocentia Christus Jesus, & Virgo virginum Maria, in terris commissa fuit, te per utrumquè charissimum pignus tuum, Jesum, & Mariam, obsecro & obtestor, ut me ab omni immunditia præservatum, mente intaminatâ, puro corde, & casto corpore, Jesu & Mariæ semper facias castissimè famulari. Amen.

CULTUS S. XAVERII
Statuum omnium Patroni universalis.

O Magnanime & invicte Christi Iesu Athleta, ô gloriose Sancte FRANCISCE XAVERI! Tu beatissime Cœli Incola, Seraphine Paradisi, Magister Gentium, magne novi orbis Apostole, Tuba Divini Spiritus. Aura vitalis, & anima universi Te agnoscimus, & veneramur innocensissimum integritate vitæ, moribus intemeratum & sanctum, opere mirabiliter exemplarem, candore virginali purissimum lillum, & virtute miraculorum potentissimum Thaumaturgum. Tibi devotissimi clientes tui, filiali cordis

dis teneritudine de magna tua gloria, quâ etiamnum frueris in Cœlo, gratulamur, ubi tot tibi necuntur beatitudinis cofonæ, quot ibi degunt per te animæ salvatæ. Quot crux sustinuisti in terris, tot honoris tuo modò sunt erecta trophy in cœlis; quot injurias & opprobria tolerasti, tot honorum & laudum tituli, tot gloriæ & lætitiae hymni à cœlestibus tibi accinuntur. Te, ô suavissime XAVERI, Patronum nostrum invocamus, in tua protectione confidimus, & tua vivimus sub tutela securi. Accipe hoc exiguum, sed cordiali affectu oblatum obsequium: impetra nobis veram heroicarum virtutum tuarum sequelam; integrum nostri notitiam, & animi demissionem, magnanimum spiritum ad promovendam DEI gloriæ, Seraphicum Numinis amorem, rerum temporalium contemptum, constans cœlestium desiderium, & ardentissimam in magnum Angelorum Reginam, Dominam nostram DEI Matrem MARIAM pietatem, ut te adiuvante, eam ferventer diligendo in terris, pertingamus ad ejusdem secum æternam fruitionem in cœlis, Amen.

Alia Oratio ad S. Xaverium.

SANCTISSIME PATER FRANCISCE XAVERI Indiarum glorioſiſime Apoſtole ac orbis Thaumaturge. Gratulor tuam felicitatem ex animo qua poſt praeclarissima virtutum tuarum merita jam Deo æternum frueris, gratulor tibi statuum omnium Patroni universalis gloriam, gratulor te eſſe, qui es, eſſe magnum Xaverium, cuius cor vas electionis, cuius lingua cœleſtis, cuius vita & mors animarum lucrum. Lucrare & hanc de- votam tibi animam meam. Tuam ego bengignissimam, & infatiabilem charitatem magne Xaveri per Immaculatam Conceptionem Matris Mariæ imploro, impetra mihi ab infinita Dei bonitate, ut cum appropinquaverit hora mortis meæ, cor meum ſe recolligat, & à munido omnibusquæ creaturis avulſum Divino cordi, & cœli desiderio ſe uniat, & in amplexu SS. Virg. Mariæ, in vulneribus Iesu benedicti Filii ſui, ac in aſſiſtentia, & præſentia tua, meorumq; SS. Patronorum, illud unum ſummè neceſſarium inquirat bene mori & requieſcere in pace.

Interea verò donec Deus vitam mihi con-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.18. j./

conſervare voluerit, rogo te protector mi, mi amantissime Pater, Patrone, advocate mi Xaveti, pedibus tuis ſupplex accido, rogo quæ clementiam, benignitatem, charitatem, efficacem omnibus, & glorioſiſimam interceſſionem tuā comienda me JESU & MARIAE, ad quos ſpirans aspiraſti, & impetra mihi N. N. ſi fit ad DEI gloriam & bonum anime meæ ut gloriari uterque, tu impetrando, ego fruendo hic & in æternum poſſimus.

Hic accende in te fiduciam, in Xaverium, & verbiſ que proprius cordis affeſtus ac pietas ſuggerint, pete, & coenenda particula re beneficium. Mox ut S. Apoſtolum, magis devincias, dic ſequentem Orationem, quam ipſe S. Xaverius composuit, & pro gentium converſione eam quotidie recitavit. Quæq; omnibus volentibus petita ad Deo conſequi coenendatur, ſi enim charitas in animas purgatorij que certiſſime Deum viſure ſunt, tamen tam eft Deo grata, & nobis ad impetrandum quævis, efficax & utilis, quanto charior erit Deo ea pietas, & utilior nobis, quæ excharitate animabus illis que in certiſſimo damnationis periculo vivunt, pro quibus

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.16. j./

112

Novum Florilegium.

bus nec Congregationes Sodalium eriguntur (¶ erigerentur utinam!) precibus nostris, quas Deus unicè expectat, opitulamur. Hæc ergo sequens est pro gentium Conversione, Oratio.

A Terne Deus, Creator rerum omnium, recordare, quod ipse creaveris animas infidelium, faciendo illas ad imaginem, & similitudinem tuam. Aspice Domine, quomodo in opprobrium eum illis infernus impleatur. Recordare Domine, Filii tui Jesu Christi, qui tam liberaliter profuso Sanguine suo, pro illis tam acerbè passus est. Ne permitte Domine, ut proprius Filius tuus, & Dominus noster diutius ab infidelibus contemnatur, sed potius placatus precibus, & orationibus Sanctorum electorum tuorum, & Ecclesiæ benedictæ sponsæ proprietij Filii tui, memineris misericordia tua, & oblitus idolatriæ ac infidelitatis errantium, fac, ut & illi cognoscant, quem misisti Iesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum, qui est salus, vita, & resurrectio nostra, per quem salvati, & liberati sumus, cui sit gloria per infinita sæculorum saecula, Amen.

Lyta-

Seleclissimarum Precum. 113

Litanie ad S. Francisc. Xaverium
Patronum universalem.

Kyrie eleison, Christe eleison, &c.
ut in initiis Litaniarum.

Sancte Pater IGNATI,

Sancte FRANCISCE XAVERI, dignissime
& dilectissime Fili S. P. Ignatij.

S. Francisce Xaveri Indiarum Apo-

stole.

S. Francisce Xaveri Evangelizans pa-

cem.

S. Francisce Xaveri Evangelizans bona.
Vas electionis portans Nomen JESU
coram gentibus.

Vas redundans Divinæ Charitatis.

Firmamentum Orientis Ecclesiæ,

Propugnator Fidei,

Impugnator infidelitatis,

Prædicator Evangelicæ Veritatis,

Idolorum destructor,

Electum à Patre æterno instrumen-

tum propagandæ Divinæ gloriæ.

Fidelis imitator & socie JESU Christi

Filij Dei,

Tuba resonans Sancti Spiritus.

Columna Templi Dei.

Lux Paganorum.

Ora pronobis.

Ma-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 1g. j./

114

Novum Florilegium

Magister credentium,
Speculum veræ pietatis,
Dux in via virtutum & Christianæ
perfectionis,
Exemplar Apostolici Spiritus & fan-
titatis,
Lumen cæcorum,
Pes claudorum,
Auxiliator naufragantium,
Salus ægotantium,
Fugator Dæmonum,
Vita mortuorum,
Cujus potestati obediunt mare & tem-
pestates,
Cujus imperia venerantur universa
elementa,
Prodigiorum Thaumaturge,
Refugium misericordum,
Gaudium afflictorum
Orientis splendor,
Pignus resurrectionis ad vitam gra-
tiae, & gloriae,
Tabernaculum incorruptionis,
Æratum Divini Amoris.
Gloria Societatis Jesu,
Legate Apostolicae Romanæ Sedis,
Pauperis Xaveri,
Castissime Xaveri,

Ora pro nobis.

Obe-

Selectissimarum Precum.

115

Obedientissime Xaveri,
Humillime Xaveri,
Crucis Christi, ac laborum pro Chri-
sto cupidissime Xaveri,
In salutem proximi vigilissime
Xaveri,
Suavissime Xaveri,
Gloriosissime Xaveri,
Animarum & divini honoris Zelator
ardentissime,
Angeli moribus & vita,
Patriarcha affectu, & studio curandi
populum Dei,
Propheta dono & spiritu,
Apostole dignitate, & merito,
Doctor gentium potens in multifario
sermone & opere,
Confessor Virtute & Vitæ Professione,
Virgo animo & corpore,
In quo uno omnium Sanctorū merita
ex Divina benignitate venerantur
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Par-
ce nobis Domine, &c. ut in fine Lit.
Kyrie eleison. &c Pater noster. Ave Maria

¶. Ora pro nobis S. Franciscus X A V E R I .
¶. Ut digni efficiamur promissionibus
Christi.

ORE.

Ora pro nobis.

OREMUS

DEUS, qui Evangelium Regni tui, per barbaras gentes & reconditas nationes S. Francisci Xaverij prædicatione seminasti, & ejus Sanctitatem innumeris haec tenus miraculis decorasti; concede quæsumus, ut cujus memoriam agimus, etiam virtutes imitemur. Per Dominum nostrum. &c.

Deus qui glorificantest te glorificas, & in sanctorum tuorum honoribus honoraris, concede propitius, ut qui Beati Francisci Xaverii gloriofa merita celimus ejus pia, & ethcacia apud te patrocinia sentiamus, Amen.

*Forma eligendi S. Franciscum Xav-
rium in Patronum.*

Sancte, & gloriose Indiarum Apostole; FRANCISCE XAVERI, ego N. N. tuum quâ in omnes, te invocantes, benignus es, pietate invitatus; te hodie in Patronum, & Advocatum eligo: & corpus meum, & animam meam, omnem spem meam, & consolationem meam, omnes angustias, & miseras meas, vitam, & hanc vitæ meæ, in finum tuæ charitatis commendando. Obsecro Te igitur, suscipe me

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 18. j./

me in Clientem perpetuum, ad sis mihi in omnibus actionibus meis, ut ex ad omne beneplacitum Dei dirigantur. Amē.

Affirationes S. Xaverio familiares.

M! Iesu! dulcis Iesu! ô bone Iesu! mi Creator dulcissime. Iesu Fili David miserere mei! Mater DEI, memento mei. Iesu! Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum!

Duae Orationes ad S. Barbaram V.

& M. sine sacra Synaxi ex hac vita non di/cedendi.

Supplico tibi Sanctissima Virgo, & Martyr Christi Barbara, ut subvenias mihi famulo tuo in omnibus necessitatibus, & angustijs meis, ad te enim suspiro, ad te enim oculos meos, & cor meum dirigo; te mihi in advocationem eligo, tuæ protectioni animam; & corpus meum committo. Tu clementissima Virgo, esto mihi indigno famulo tuo in tribulacione solatium, in omni perturbatione refugium. Circumda me tuæ defensionis muro inexpugnabili, contra omnes inimicos meos visibiles, & invisibiles, & contra omnia pericula corporis, & animæ, & esto mihi auxiliatrix speciosissima

ma

ma apud misericordem Deum, ut non secundum merita mea finat me puniri, sed pertuum interventum consequi meear tecum in cœlestibus gaudere. Amen.

O Sanctissima Virgo Barbara! quodcumque Sponsi tui viribus potes, mihi nunc, & in mortis articulo obsecro, ut suppedites. Adjuva me miserum ne in peccatis moriar. Effectum tunc habeat tua intercessione, primitus à Christo tibi facta promissio, cum fidem ejus, sanguine tuo consecras. Redeat in memoriā Sponso tuo, virgineus collo tuo exuberans sanguis, recordetur ardentissimæ tuæ charitatis; nec animam meam à corpore exire permittat, nisi confessione expiatam, & SS. Eucharistiae Sacramento refectam, Amen.

Oratio ad S. Judam Thaddaeum in rebus humano auxilio desperatis Patronum.

Sancte JUDA, Christi cognate, Apostole, & Martyr, qui fidem in Mesopotamia, perisse, ac vastissimi illis Regionibus, & effteratis gentibus disseminasti; doctrinæ ac miraculis clarus, innumerabiles filios JESU Christo peperisti: allata ad Abagarum Regem Christi imagine, cœlestem simulacrum incubiculum Regium,

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. Ig. j./

gium, & Regis sanitatem animi, corporis quæ attulisti; anima spem meam virtutibus, ut vivens & moriens verâ spe plenus, experiar in me id verum esse, quod Rex Abagarus illi Christi imagini aureo charactere in hunc sensum subscriptis: *Spes illa nullum fallit, quā quis in te Christe ponit.*

¶. Sancte JUDA ora pro me,

¶. Et omnibus, qui colunt te.

ORATIO.

O Glorioso Apostole S. JUDA, per illum, quite sibi Apostolum adiuvavit, te deprecor, ut memiserum à consuetudine peccatorum meorum abstrahas, ab omnibus adversitatibus, & poenis, quas pro peccatis meis mereor, & à cogitationibus immundis me tuis meritis emundes, à periculis corporis, & animæ, ab ira odio, ab omni mala voluntate, à subitanæ, & improvisa morte liberes, foveas, & protegas. In rebus desperatis tuo mihi adsis patrocinio; ac tandem ad invisibilēm tuis precibus evellas gloriam; ubi sancta Trinitas adoratur in Patre, Filio, & Spiritu Sancto, Amen.

¶. Sancte JUDA Patrone fidelissime.

¶. Placato nobis Deum clementie.

ORA.

ORATIO.

Intercede pro nobis B. JUDA Christi Apostole, Praedicator veritatis, atque Martyr, tuisque precibus obtine, ut Catholice fidei sinceritas varijs peregrinis doctrinis extincta, resforescat, & ego termini Apostolicæ prædicationis, atque traditionis innitens, ea, quæ vocationi meæ congruunt, sollicite præstem, nihil autem Christi amore, & Ecclesiæ unitate in omni vita antiquius ducam. Per eundem Iasum Christum Dominum nostrum. Amén.

Oratio ad Divum Joannem Nepomucenum, Patronum de fama periclitantium.

Omnipotens & Misericors Deus, concede propitiūs, ut qui in merita Dīvi JOANNIS NEPOMUCENI confidimus ejus potenti intercessione ex omni infamia & confusione publica, tam temporali, quam æterna, hujus & alterius vitae & vel maximè ex imminenti, tali N. N. per pīssimam misericordiam tuam, eruamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui nos redemit per infamem mortem Crucis, & qui tecum gloriosus vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti, consolatoris mōstorū, DEUS, nunc & in æternū, Amén.

Alia Oratio.

OMERICORDISSIME DEUS, qui nobis omnibus, præsertim famā periclitantibus, Divum Joannem Nepomucenum Martyrem tuum, Patronum ac Defensorem singularem tribuisti; Majestatem tuam corde contrito, & animo humiliato, supplices exoramus: ut per ejus potentem interventum ab omni tam præsenti N. N. quam futuro infamiae periculo nos liberare, & conservare digneris, quatenus Patrocinio ejus præventi Nomen sanctum tuum laudare, honore, & prædicare valeamus, nunc & in secula saeculorum, Amén.

Oratio.

DEUS cordis mei, sine cuius nutu nec capillus quidem de capite nostro periret; Te per gloria merita fidelis tui servi Joannis Nepomuceni (qui de ponte Pragensi in Moldavam dejici, & mergi maluit, quam sacrō-fancūm confessio-nis sigilum Regi revelare) suppliciter oto, ut in hoc tibi noto honoris mei maiestate periculo, mihi pro benignitate tua subvenire, meq; ab omni confusione ac infamia eruere digneris, ne gaudeant super me inimici mei: sic per preces

E

S. Jo-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. Ig. j./

S. Joannis Nepomuceni ipso, sic in tua misericordia confido, DEUS qui es benedictus in saecula, Amen.

¶. Dive Joannes Patrone fidelissime, ora pro me, & omnibus qui colunt Te.

¶. Ut non confundamur in aeternum.

OREMUS

Sancte Joannes Martyr, ac Patrone fama periclitantium, Nepomuci Bohemia oriunde, templi S. Viti in arce Pragensi Canonice, qui ante, & post torturam Confessionem Augustæ propalare recessisti, imò & in flumen Moldavam precipitari præcelegisti, atq; hic sempiternam memoriam secreti exomologeos poste reliquisti. Per hæc tua innumera quæalia merita, obtestor te atq; obsecro suppliciter ac fiducialiter, ut ira D E I, quā ego peccatis meis dehonorando irritavi conquiescat, dedecus, infamia hominum scandalum, acerba & ætrumnoſa vita, si ad animæ meæ salutem ita expediat, à me abscedat, ut vitam laudabiliter concludere, & tandem in album vita transcriptus perenni famâ felix Deo placere & æternum adhærente valeam.

Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oratio

Oratio ad S. Dismam Latronem penitentem, agonizantium Patronum.

Sanctissime Disma, testis Innocentie Christi, & advocate, Martyr in sanguine tuo baptizate, qui mira DEI providentia ex Latrone in eximium penitentiae speculum evasisti, primitiæ Crucis Christi, atq; credentium fuisti, & paucas intra horas æternatibi gaudia comparasti: apice de sublimi gloriæ tuæ throno in hanc vallem miseriæ. Recordare o Sancte mirabilis, mentis humanæ fragilitatis ad malum semper quam ad bonum magis proclivis. Recordare & pro nobis ad Deum apella primogenite Fili Christi Crucifixi, ut noxiū in confessione pudorem abjecere, contritionem peccatorum habere, pusillanimitatem in agone, & desperationem evitare, langores & dolores similiter acceptare, & patienter ferre, Sacramentis omnibus morientium praemuniti, Sanctissima JESU & MARIAE nomina, ore vel corde saltē invocare, ac tandem in actu fidei, spei, ac amoris DEI super omnia, in gratia denique finali exspirare, & tecum æternum gaudere possumus. Amen.

Faz

O Dis

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 18. j./

O Disma! Latro paenitens, teclissime patrone! sis mihi
Tutor, moriens dum Luctor in agone Disma,
memor
Sis omnium, cum morte conflictantium.

O R E M U S.

Clementissime JESU per tua vulne-
ra, passionem & mortem suppliciter te rogo, ut per merita & intercessio-
nem S. Dismæ, plenam mihi peccatorum
meorum cognitionem Largiri digneris:
& mortis meæ tempore dæmonum con-
fundas potentiam, ne mea mihi expro-
brantes peccata, in pusillanimitatem, &
desperationem me deturbare præsumant.
Da mihi firmam in amarissimæ passionis
tuæ merita spem, fidem, charitatem, in-
juriarum condonationem, omnium ani-
mi & corporis dolorum patientem tole-
rantiam, &c. ac tandem animæ meæ in
manustuas misericordes felicem resigna-
tionem, Amen.

Responsorium S. Bonaventura ad S.
Antonium, pro gratiis varijs impetrandis,
præsertim verò ad res perditas iterum.
inveniendas.

Si quærvis miracula; mors, error, cala-
mitas,

Dæ-

Dæmon, lepra fugiunt, ægri surgunt sani,
Cedunt mare, vincula, membra, resquè
perditas
Petunt & accipiunt, juvenes & cani.
Pereunt pericula, cessat & necessitas,
Narent hi quilitiunt, dicant Paduanis:
Cedunt mare, vincula, membra, resquè
perditas.

Petunt, & accipiunt juvenes & cani.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto,
Petunt, & accipiunt, juvenes & cani.
¶. Ora pro nobis Beate Antonii.
¶. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

O R E M U S.

MItissime ac clementissime Iesu, qui
B. Antonium Confessorem tuum
perpetuis illustras miraculorum splendo-
ribus; Concede propitius: ut quæ perejus
merita fideliter petimus, per ejus inter-
cessionem efficaciter consequamur. Qui
vivis & regnas, &c.

Oratio ad S. Patronum nominis, &
Confirmationis.

O Gloriosissime Sancte N. qui in Con-
firmationis Sacramento, tuq; ma-
gne Sancte N. qui in Baptismo in Patro-
num mihi datus es, in te singularem au-

F 3

xliij

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 18. j./

xiliij spem colloco, dirige obsecro pedes meos in viam mandatorum Dei, in viam virtutis statui meo necessariæ, ut ad vitæ tuæ exemplar dignè vocatione mea ambulem, doce, rege, custodi, protege, gubername in periculis, tum animæ etum corporis, potissimum verò in hac præfanti necessitate mea. N. & in extremo mortis articulo sucurre, solare, muni, roboata, & adiaya me, & tecum, & cum omnibus sanctis partem aliquam gloriae æternæ obtinere merear in cœlis. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oratio ad quemvis Sanctum.

Ave vernans flos cœli & gloriose Civis Paradisi, Beate N. Gratias ago Domino Deo pro omnibus bonis, quæ in te contulit: sed cum non sit decora laudatio per os peccatoris. Tu ô Patrona mi dilectissime ora pro me miserrimo peccatore, & plenam mihi impetra meorum veniam delictorum, spiritum bonum, ac sanctam gratiam: ut Deo meo perfectè reconciliatus, semper ei placeam, nec unquam in ejus amore desiciam. Adesto mihi, nunc & in hora mortis meæ: tunc me benignè consolare, conforta, & protege,

tege. Effice tuis meritis, ut anima mea tota munda hinc exeat, & ad vitam æternam perveniat.

Antiph. Beatus vir, qui in lege Domini meditatur: voluntas ejus permanet die ac nocte, & omnia quæcunq; faciet, prosperabuntur.

¶ Amaviteum Dominus, & ornavit eū.
¶ Stolam gloriae induit eum.

O R A T I O ,

Adesto, Domine supplicationibus nostris, quas in B. N. (Apostoli, vel Martyris, vel Confessoris) tui solennitate deferrimus: ut qui nostræ justitiae fiduciam non habemus, ejus, qui tibi placuit precibus adjuvemur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oratio ad S. Apolloniam contra dentrum dolores Patronam.

Virgo Dei egregia, pro nobis Apollonia
Funde preces ad Dominum, ut tollat omnes noxiun.

Ne pro teatu criminum morbo vexemur dentium,

Sed sanitatem capitis jucundemur corporis.

¶ Specie tua, & pulchritudine tua,

¶ Intende prospere, procede, & regna.

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.18. j./

Oremus.

DEUS, pro cuius honore Beata Apollonia Virgo & Martyr horribilem dentium excusionem sustinuit, praesta quæsumus, ut qui ejus memoriam piâ devozione frequentant, à tetro dentium dolore, omniq; capitis affectione immunes, custodias, & post hujus vitæ ærumnas ad beatæ patriæ gaudia perducas. Per Ghicatum Dominum nostrum, Amen.

Oratio ad S. Donatum contra aëreas tempestates Patronum.

Misericors, xterne Deus, in cuius manu elementa sunt, & omnes creaturæ, de quibus secundum arbitrium beneplaciti tui disponis: Te supplices deprecamur: ut aëris potestatis dissolutis, per intercessionem S. Donati Martiris tonitrua, fulgura, omnesq; noxias tempestates à nobis clementer avertere digneris. Cœlesti benedictione, nos, domos nostras, agros, vineas, prata, & hortos, contra diabolicas nequitias tuere, ut à tonitru, fulgure, & fulmine, grandine, turbine, ac omnibus tempestatum periculis per intercessionem S. Donati Martiris liberati, in optata quiete, ac securitate vive-

vive-

vivere, ac nomen Sanctum tuum laudare, & benedicere valeamus. Per Iesum Christum Opminum nostrum, Amen.

ADMONITIO DE CULTU SANCTORUM.

Cultum singulorum Patronorum pro certis necessitatibus, & gratiis impetrantis addere, nimis prolixum foret. Ingeniosus, festinusq; est, DEI, & Sanctorum amor; suggeret affectus, verbis quibusvis eloquentiores,

Hoc unum necesse est, ut sciantur singulorum officiorum, necessitatum, gratiarum SS. Patroni, & ad eos, post Deum semper prius, quād ad quilibet alia auxilia mundi. & spes humanas refugium habeatur. Libet hic pro compendio precum, aliquos è multis proponere: nam in omni genere statuum ac officiorum, quantumvis laborioso, ac despesto, etiam usq; ad ultimum Carnificis exercitium ac SS. Cyriacus & Estratonicus fuere Sancti, ac proinde jam patroni & Tutelares vestri. Ex Ducibus, SS. Eustachius & Constantinus, Ex Polemarchis Nicostratus & Antiochus. Ex Campi Marescallis Marcellinus & Florianus. Ex Chilarchis equestribus SS. Quirinus & Vitalis. Ex Tribunis,

F 5

SS.

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.ig.j./

*SS. Gordius & Marcellus. Ex Vexilliferis
SS. Exuperius & Julianus. Ex Mercatoribus SS. Fulgentius & Gvido &c.*

*Ad hac. S. Andronicus fuit Argentarius.
S. Dunstanus, faber ferrarius. S. Marcianus,
armorum fabricator. S. Gildus, artis fusio-
ria. S. Proclus Lapicida. S. Crispinus Sutor.
S. Homobonus, Sartor. S. Onuphrius, Tex-
tor. S. Gualfundus Caupo. S. Aquilas, Coria-
rius. S. Isidorus, Agricola. S. Mauritius Hor-
tulanus. S. Leonardus, Pastor. S. Adeltricus
armamentarius. S. Arnoldus Nauta. S. Farthe-
nius Piscator. S. Venthirus Agaso. S. Ivo,
Causidicus. S. Richardus Auriga. SS. Cosmas
& Damianus, Medici. S. Adrianus Ta-
bellarius. S. Quirinus Cocus. S. Eligius,
Aurifaber. Ut vel hinc certum sit, quemlibet
posse fieri sanctum, si digne, & sanete vo-
catione suâ vivat.*

*Omnes Sancti & Sanctæ DEI interce-
dite pro nobis, nunc, & in hora mortis
nostræ, Amen.*

*Oratio ad S. Paulum Apostolum, Con-
versorum ad Deum, Patronum.*

*O Beate Pauli Apostole! Doctor genti-
um, deprecare pro me Deum omni-
potentem, qui te de cœlo vocans, in ter-
ram*

*ram prostravit, de persecutore fecit vas
electionis; ut me, in malo prostratum,
elevet in bonum, atq; tuo exemplo edo-
ctus, discam spernere mundum, cum o-
mnibus vanitatibus, quæ toties hucusque
cor meum captivârunt; & inquirere ve-
ram lucem; qui Christus est, ac inveni-
te. Eripe me, protege à tentationibus
carnis & Dæmonis: à ventura ira liberes,
ac demum cœlum introducas; atq; cum
omnibus SS. Apostolis, & Evangelistis
per gratiam Christi, quæ nonquam fuit
in te vacua, venias, in adjutorium mihi
peccatori, & omnibus Christianis. Amen.*

*Oratio ad S. Blasium Episcopum, &
Martyrem, contra gutturis morbos.*

*Clementissime Jesu, qui fidelibus tu-
is, ad curandos gutturis morbos fa-
mulum tuum Beatum Blasium Episco-
pum, & Martyrem Auxiliatorem eximi-
um providere dignatus es, eique suppli-
canti promisisti salutarem omnium ipsū
invocantium petitionis effectum: Respi-
ce propitius ad humilitatem nostram, &
suffragantibus meritis ejus, qui pro te san-
guinem fudit, omnia adversantia guttu-
ri mala, ac pericula à nobis propit us-*

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.18. j./

averte. Qui cum Patre & Spiritu Sancto, &c.

Si alicui spinula, vel officulum in gutture hæreat, utile est, patientis collum signo crucis signare his verbis: Blasius servus Dei dicit, aut ascende aut descendere. Probatum est.

Oratio ad S. Valentinum Episcopum & Martyrem, contra morbum Caducum.

O Beate Valentine, magna est fides tua, intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum, ut qui qualitate tuâ sumus dissimiles, tuâ largiente gratiâ fac nos esse consortes. O Pastor egregie & Martyr exaudi nos clamantes ad te; via eradicâ, virtutes planta, fructus multiplicâ, ut per te hæreditemus cœlestia.

V. Ora pro nobis Beate Valentine.

R. Ut digni efficiamur, &c.

O R E M U S.

Deus, cuius charitatis ardore B. Valentinus Martyr, & Pontifex minas Martyrij magnas, contempto persecutore devicit. Concede, ut omnes qui Martyrij suis merita venerantur, protectionis suæ auxilium

auxilio à morbo caduco, & à morte perpetua liberentur. Per Dominum nostrum Jesum Christum. &c.

Oratio ad S. Liborium Episcopum, contra morbum Calculi.

Christi Præsul egregius,
Pro nobis hic Liborius,
Oret Deum Altissimum.
Ne pro culpa peccaminum.
Morbo vexemur calculi.
Succurrans nobis Angeli,
Et post vitæ certamina,
Ducant ad æterna gaudia.

V. Ora pro nobis Beate Libori.

R. Ut à Calculi doloribus mereamur ero.

O R E M U S.

Deus, qui beatum Liborium Pontificem, alijs innumeris clarum miraculis, speciali in medendis vesicæ, & calculi doloribus privilegio decorâsti: tribue quæsumus, ut ejus meritis, & intercessione, ita ab ijs & aliis malis eruamur, ut gaudijs perficiamur æternis. Per Christum Dominum nostrum,
Amen.

Antiphona & Oratio, ad B. Virginem, contra Pestem.

Stella cœli extirpavit, quæ lactavit Dominum, mortis pestem quam plantavit, primus parentis hominum: ipsa Stella, nunc dignetur sydera compescere, quorum bella plebem cedunt, diro mortis ulcere. O piissima Stella maris, à peste succurre nobis. Audi nos Domina, nam Filius tuus, nihil negans te honorat. Salva nos Iesu, pro quibus te Virgo Mater orat.

¶. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

DEUS, misericordiae, Deus pietatis, Deus clementiae, qui misertus es, super afflictionem populitui, & dixisti Angelo persecutienti populum tuum, (contine manum tuam) ob amorem illius Stellæ gloriose, cuius ubera pretiosa contra venenum delictorum nostrorum, quam dulciter susisti, praesta auxilium gratia tua, ut ab omni peste, & improvisa morte securè liberemur, & à totius perditionis incursu misericorditer salvesur. Per

te

¶ JESU Christe Rex gloriae, qui vivis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Oratio ad S. Sebastianum, contra Pestem.

OMNIA fidei, sanctissime Sebastiane, miles beatissime, cuius meritis, & precibus, tota Patria Lombardiæ, à mortisfera peste suit liberata, intercede pro nobis ad Dominum nostrum Iesum Christum, ut nos tuo beato interventu ab ipsa peste Epidemiac, ab improvisa morte, & à omni aduersitate corporis, & animæ liberare, & defendere dignetur, donecque nobis tantum vitæ spatiū, & tantam emendationem peccatorum nostrorum, ut post hoc exilium sacris tuis precibus cum Christo collætemur.

¶. Ora pro nobis B. Martyr Sebastiane.

R. Ut mereamur pestem Epidemiac illeſi pertransire, & promissionem Christi obtinere.

OREMUS.

PRÆSTA quæsumus Omnipotens DEUS: ut intercedente B. Sebasiano Martyno, & à cunctis adversitatibus libemur in corpore, & à pravis cogitationibus mundemur in mente.

DEUS, qui concedis S. Martyris tui Sebastiani-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.ig. j./

bastiani memoriam solenniter celebrare: da nobis pariter in æterna beatitudine de ejusdem societatis gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio ad S. Rochum Confessorem.

O quām magnificum est nomen tuum, beate Roche, qui tuis intercessionibus multitudinem languentium nostri salvare, & omnibus salutare tuum glriosum commemorantibus, te propitium exhibere: Veni, & sana nos à morbo Epidemiac, aërisquè temperiem nobis concede.

¶. Ora pro nobis Sancte Roche.

R. Ut mereamur præservari à peste Epidemia.

O R E M U S.

DEUS, qui per B. Rochum singulare nobis contra pestem potentis tuæ dextræ præsidium promisisti: præsta quæsumus, ut, qui ejus memoriam pià devotione recolimus, ejus quoque intercedentibus meritis, ab omnium animæ, tum corporis, mortisera lue præservemur. Per Dominum nostrum, &c.

Ora-

Oratio ad S. Rosaliam, in peste Patronam.

DEUS, qui corpus famulæ tuæ B. Rosaliæ Virginis, post tot sœcula intramontes inventum, contra sœvientem pestilentiam, sacrum amuletum fidelibus tuis esse voluisti, præsta quæsumus, ut, qui ejus memoriam colimus, & patronam invocamus ejus quoque intercedentibus meritis, ab omnibus periculis præsentibus, & à malo pestilentiae liberemur. Per Christum Dominum nostrum, Amē.

Oratio ad Omnes Sanctos.

O Angeli Sancti, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus & Potestates, Virtutes Cœlorum, Cherubim atq; Seraphim, Patriarchæ, & Prophetæ, Sancti Legis Doctores, humillimi Confessores, Heroici Jasu Christi Martyres, Zelantissimi gloriæ Dei Apostoli, purissimæ Virgines, Conjuges, Viduae continentes, & omnes animæ, quæ Deo placuistis, cù gloriofissima Regina Sanctorum omnium MARIA, adjuvate me, protegite, vota & desideria mea dirigite, subvenite, ut salvus perveniam ad portum, ad quem vos pervenistis.

¶. Lata-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.18. j./

N. Lætamini in Domino, & exultate justi.
R. Et gloriamini omnes recti corde.

OREMUS.

O Mnipotens sempiterne DEUS, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub una tribuisti celebritate venerari, quæsumus, ut desideratam nobis tua propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

PRECES MISCELLANÆ

Devoce Lector, si ea, que petis à Deo, desideras impetrare, ante omnia opus est, ut Dei filius amicus, nam Deus peccatores non audit. Deinde, quo plures bonæ orationis conditiones attuleris, ut sunt, devotio, fiducia, Longanimitas, fervor, pura Intentio, humilitas, &c. cù certiore, & ampliore, ex preciis fructu consequeris.

SANCTA PRAXIS JUVANDI Animas Purgatorij.

O Domine JESU, rogo te per pretiosissimum sanguinem, quem in horto sudisti, libera animas è flammis Purgato-

rij, imprimis animam maximè desertam, & induc eam in gloriam tuam, ut te laudet, & benedicat in æternum. *Pater. Ave Maria. &c.*

O Domine JESU, rogo te per pretiosissimum sanguinem, quem sudisti in flagellatione tua, libera animas Purgatorij, maximè animam liberationi proximam, & induc eam in gloriam tuam, ut te laudet, & benedicat in æternum. *Pater. Ave.*

O Domine JESU, rogo te per pretiosissimum sanguinem, quem sudisti in spinea coronatione tua, libera animas è flammis Purgatorij; maximè animam diutissimè alias cruciandam, & induc eam, &c. *ut supra. Pater nost. Ave Maria.*

O Domine JESU, rogo te per pretiosissimum sanguinem, quem sudisti in Crucifixione tua, libera animas è flammis Purgatorij, maximè animam meritis primam, & induc, &c. *Pater. Ave. &c.*

O Domine JESU, rogo te per pretiosissimum sanguinem quem sudisti è latere tuo benedicto, libera animas è flammis Purgatorij, maximè animam pro qua erare magis obligor; & induc eam &c. *Pater nost. Ave Maria. &c.*

O Domine JESU, rogo te per pretiosissimum

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g. j./

sissimum sanguinem, quem à morte ^{32.}
cræ sindoni tuæ imprestisti, libera animas
è flammis Purgatorij, maximè animam
quæ libentiùs oravit in vivis pro anima-
bus, & induc eam, &c. *Pater. Ave.*

O Domine JESU, rogo te per pretio-
sissimum sanguinem, qui à Passione tua
superstes, in terris religiosè colitur, libera
animas è flammis Purgatorij, maximè
animam, Deipatæ charissimam, & induc
eam, &c. *Pater noster. Ave Maria.*

Sic ora quotidie: Si loci commoditas
patitur, Septies visitando SS. Sacra-
mentum; vel divide has intentiones per 7. dies
hebdomadae, & offeras *Sacrum, Rosar. Com-
mun.* &c. die dominica v.g. Pro maximè
deterta, die lune pro liberationi proxi-
ma, &c.

Oratio pro Animabus Purgatorij.

Miserere mi Domine animabus, quæ
singulares apud te non habent in-
tercessores; quibus consolatio non est in
tormentis, neque spes ulla, nisi quòd ad
imaginem, & similitudinem tuam crea-
tæ sunt; quæ antiquitate, vel paupertate,
aut negligentiâ, in oblivionem parentum,
sejvorum tuorum traditæ sunt; quarum
pri-

primus, sextus, septimus, trigesimus aut
anniversarius dies nunquam celebratur.
Parce eis Domine, & defende plasma tu-
um; libera eas à cruciatu, & tormentis;
porrigi eis dextram tuam, & perduc eas
in locum refrigerij, lucis & pacis. Qui
venturus es judicare vivos, & mortuos &
sæculum per ignem, Amen.

In introitu Cameterij vel Eccle- sie dic.

Salvete vos omnes fideles animæ, qua-
rum corpora hinc, & ubique requiescent
in pulvere. Dominus noster JESUS Chri-
stus qui vos redemit suò pretiosissimo san-
guine, dignetur vos liberare, & cætui
Angelorum aggregare, ibique nostri me-
mores, pro nobis suppliciter exorate, ut
& vobis associemur, & in coelis vobiscum
coronemur, Amen.

In exitu dic.

Valete vos omnes fideles animæ, quæ
jacetis in gremio terræ, longè late-
que Benedicat † vos Sol Justitiae, & cla-
ritate sui luminis vos perfaciat sine
fine. O R E M U S.

Respice quæsumus omnipotens Deus,
super animas famulorum famula-
rum-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.ig.j./

rumq; tuarum, & omnium fidelium defunctorum, & omnium Christianorum pro quibus Salvandis nudus, & expansi manibus in Cruce pependisti, & quinque vulnera pertulisti, & amaram mortem subire voluisti. Qui vivis & regnas, &c.

Oratio in transundo Ecclesiam

vel Cemiterium.

AVete omnes Christi fideles animae de vobis requiem ille, qui est vera requies, JESUS Christus Filius Dei vivi, qui natus est de immaculata Virgine Maria, pro nostra omnium salute, & vos redemit suo pretioso sanguine: Benedicat t vos, & a poenitentia liberet, faciatq; vos resurgere in die Resurrectionis & Judicij: & Angelis suis associans in caelis, secum sine fine gaudere, Amen.

Oratio, Belli Officialium, & militum.

DEUS, qui Centurionem ad te venientem non repulisti, fidem ejus laudasti, militiam sequi permisisti: aspice super me Domine, & defende me a mala, & subitanea morte, conserva me in die belli, & alijs inopinatis conflictibus, ne quando prævaleat inimicus meus adversum

me. Corrobora me DEUS, & indue loca justitiae, qui spero in te folo, & non in superstitione diaboli auxilio. Accinge me gladio Spiritus, & galeam salutis impone capiti meo, ut non modo visibilibus, sed & invisibilibus hostibus meis, in die magna possim resistere, & in omnibus persecutus stare, ac invictus. Infunde pectori meo fortitudinem, & aufer timorem; adauge Deus meus, omnipotens, vires ut praeterea feliciter praetria Domini. Pallia me & pallio misericordiae, & discute omnes Iesus a me, ac jacula, ac fronti meæ fidei signum, victoriae titulum, triumphalem Christi salvatoris Crucem, Regis gloriae ac Ducis mei æterni tesserae impone, ut ab eo nunquam separer, Amen.

Oratio pro desideratis rebus,

a Deo impetrandis.

OMnipotens semperne Deus, cuius Misericordia non est numerus, & bonitatis infinitus thesaurus. En ego peccator (quitamen ex intimo corde nunc doleo, quod clementissimum patrem meum unquam offenderim) cum filiali fiducia, infinitam Majestatem tuam superplex accedo; ne quæsto me, quem ex infi-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g. j./

infinita potentia tua ex nihilo creasti: ex summo amore in filium, & hæredem Cœlestis gloriæ adoptasti: ex immensa bonitate morte unigeniti, & æterni Filii tui, ab æterna damnatione liberasti; ne obsecro me, cui hæc omnia licet indignissimo præstisti, à facie tua repellas. Per inestimabilem misericordiam tuam, quæ gravissimos etiam peccatores acere contritos in momento ex abyssō omnium scelerum extraxisti: per merita dilectissimi Filii tui, Domini nostri Iesu Christi: per ardentesimam Spiritus Sancti charitatem; quæ te Patrem, cum Filio complectitur: per Beatissimam Virginem Mariam, à te in Filiam, à Filio tuo in Matrem, & Spiritu Sancto in Sponsam, ab æterno electam, & præordinatam: per omnium denique Angelorum, & Sanctorum merita ac laudes suppliciter oro, ut miserearis mei, tuamque ad preces meas aurem inclines. O clementissime Pater aperi thesauros inexhaustæ bonitatis tuæ, mequæ infinitæ liberalitatis tuæ fac esse participem, & hanc petitionem misericorditer axaudi: N.N. Hic aut mente, aut tuis verbis, tibi, vel alijs aliquid dari à Deo, vel ab aliquo modo liberari, pete.

Con-

Converte quæso Domine benignitatis tuæ mitissimos oculos, ad me licet indigñissimam creaturam tuam, & esto propitiùs supplicationibus meis. Iterum te Domine Deus meus, per omnia quæ in cœlo, & in terra tibi chara sunt, suppliciter oro, ut quod peto, benigne mihi largiaris, si est pro gloria tua & salute animæ meæ, Amen.

Alia S. Augustini.

Domine Iesu noverim me, noverim te,
Nec aliquid cupiam nisi te,
Ut odiam me, & amem te,
Quidquid agam, propter te,
Humiliem me, exalte te,
Nihil cogitem nisi te,
Mortificem me, & vivam in te,
Quæcunq; veniunt, accipiam à te,
Persequar me, sequar te,
Semper optem tequar te,
Fugiam me, confugiam ad te,
Dicas ut sim defendi à te,
Timeam mihi, timcam te,
Simque de Electis à te:
Dividam mihi, fidam in te,
Obedire velim propter te,
In nullo officiar, nisi in te,

G

Aspi-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.ig. j./

Aspice me ut diligam te,
Voca me, ut videam te,
Et in æternum potiar te.

*Oratio dicenda in immoda tristitia,
& tribulatione.*

Succurre, benignissime Jesu! cor meum conturbatum est intra me; dereliquit me virtus mea: tota die contristatus ingredior; quia longè factus est à me consolator. Tecum, ô Jesu, cogor exclamare: tristis est anima mea usque ad mortem. Væ mihi, quia peccavi, propterea mœstum factum est cor meum. Peccavi, fateor, impie egi, inique gessi, Domine Deus meus, in omnibus iustitijs tuis: avertatur, obsecro, ira tua à me, vide humilitatem meam: & dimitte omnia peccata mea. Per omnes angores, & tristias tuas, pie Jesu, quibus cor tuum in horto, & in Ara crucis coangustatum est, te supplex oro, ut mihi in hoc statu subvenire digneris, nec in æternum, me à te separari permittas. Mihi adhædere tibi Deo meo bonum est; & ponere in te Dominos spem meam. In te mi Jesu speravi, non confundar in æternum,

Amen.

Ora.

Oratio in vehementibus corporis doloribus.

Angustiae, & dolores tenuerunt mé, Domine Jesu: multi sunt gemitus mei. Ne avertas aurem tuam à singultu meo, & clamoribus. Parce, ah, parce imbecilitati meæ; tu enim langores nostros ipse tulisti, & dolores nostros ipse portasti, livore tuo sanati sumus. Sana animam, & corpus meum, ne te unquam vehementi dolorum superatus offendam, Amen.

Oratio in tribulatione & angustia.

Opater Misericordiarum, & DEUS totius consolationis, obsecro, digneris oculis tuae pietatis in me respicere, sicut dilectum Filium tuum in monte oliveti, in angustia Spiritus sui ad te clamantem, & sudore sanguineo faciem terræ irrigantem te pexisti; nunquid est voluntas tua, ô piissime Pater, ut in necessitatibus nostris ad te configiamus, teq; pro avertendis malis invocemus. Cùm igitur à nobis rogari, & invocari velis, hinc propter voluntatem tuam deprecor, ut juxta laudabilissimum beneplacitum

G 2

tu-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g. j./

quum, me ab hac tribulatione liberes.
OPater benignissime, aures tuæ pietatis inclina precibus meis, licet indignis, & eripe me ab hac angustia. Ante pedes benignitatis, & ante oculos Misericordia tuæ denuo pressuram cordis, & afflictionem spiritus mei, tibi offero, ut de ea, quod tibi magis placitum fuerit, efficias.

Dulcis Jesu, per omnes angustias, & pressuras, quas pro salvando homine suscepisti, aufer calicem hunc à me; Jesu piissime, offero tibi excellentem illâ orationem, quam præ mortis angustia sanguinei sudoris testimonium reddidit devoutam, & ardens amor Divinitatis tuæ efficacem, obsecrans per virtutem ejusdem perfectissimæ orationis, ut me exaudias, & me ab hac angustia liberes. Igitur tuâ intentione, & resignatione, tuo corde, & ore deprecor, dicens: Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hanc à me; verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat, Amen.

A L I A.

Miserere Domine, miserere mihi miserrimo peccatori, indigna agen-

gi, &

ti, & digna patienti; si pento malum, quod quotidie feci, non est tantum quod patior: gravius est, quod commisi, levius est, quod tolero. Tu justus es Domine, & rectum judicium tuum; omnina judicia tua justa sunt & vera: justus & rectus es Domine Deus noster, & non est ulla iniquitas in te; non enim in justè, neque crudeliter affligis nos peccatores omnipotens, & misericors Domine, qui cùm non essemus, potentes fecisti nos, & cùm perditi fuissimus culpâ nostrâ, pietate & bonitate tuâ mirabiliter reparasti nos. Scio & certus sum, quod vita nostra non temerarijs motibus agitur, sed à te Domino Deo nostro regitur, & disponitur, unde tibi cura est de omnibus, præcipue de servis tuis, qui totam spem suam posuerunt in sola misericordia tua. Idecò obsecro, & suppliciter rogo, ut non facias mihi secundum peccata mea, quibus iram tuam merui, sed secundum magnam misericordiam tuam, quæ superat etiam peccata totius mundi. Tu Domine, qui exterius flagella irrogas, da semper interius indeficientem patientiam, ita ut laus tua non recedat ab ore

meo. Miserere mei, & adjuva me, sicut tu nosti, quod mihi est necesse in corpore & anima. Scis omnia, potes omnia, qui vivis in saecula, Amen.

A L I A.

Dignare Domine Iesu Christe, absolve me, & liberare me, famulum tuum N. de afflictione hae N. & tribulatione, in qua positus sum: dignare Domine, qui genus humanum in quantum homo, a Deo Patre omnipotente, in custodiam receperisti, & ex pietate tua, crudeli passione, nobis Paradisum pretioso sanguine tuo mirabiliter mercatus es, & inter Angelos, & homines pacem fecisti; tu Domine Iesu Christe digneris inter me, & inimicos meos stabilire, & confirmare concordiam, & pacem, & gratiam tuam super me ostendere, & infundere misericordiam tuam, & omne odium, & iracundiam inimicorum meorum, quod contra me habent, digneris extingvere, & mitigare. Sicut iracundiam, & odium Esau abstulisti, & me liberare digneris ab omnibus me odientibus, & tu Domine IESU Christe, sicut liberasti Abraham de manibus Chaldeorum, & Filium ejus Isaac

de

immolatione sacrificij, cum mariete; & Jacob de manu Esau Fratris sui, & Joseph de manu fratrum suorum; Noe per Arcam diluvij, & Loth de Civitate Sodomorum; Famulos tuos Moysen, & Aaron, & Populum Israël, de manu Pharaonis, & de servitute Aegypti; David Regem de manu Saulis, & Golias Gigantis; Susannam de falso crimine, & testimonio; Judith de manu Holofernis, Danielem de lacu Leonum; Tres pueros Sidrach, Meisach, & Abdenago, de camino ignis ardenti; Jonam de ventre Cæti, & Filiam Cananæ, quæ erat tormentata per Diabolum; & Adam de profundo puto Inferni, cum pretiosissimo Sanguine tuo; Petrum de Mati, & Paulum de vinculis; ita me famulum tuum N. Domine Iesu Christe Fili Dei vivi, libertare digneris ab omnibus inimicis meis, & succurre in adjutorium meum, per sancta beneficia tua, per sanctam incarnationem tuam, quam accepisti, ut homo de Virgine Maria; per sanctam Nativitatem tuam, per famam, per sitim, per frigus, per calores, per labores, & afflictiones, per spuma, per alapas, per flagella, per clavos,

G 4

per

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár
/318. 1g. j./

per lanceam, per spineam Coronam, per potationem fellis & aceti, per saevissimam mortem crucis, per septem verba, quae pendens in cruce dixisti. Rogo te Redemptor, Domine Iesu Christe, ut me famulum tuum custodias ab hoste maligno, & ab omnibus periculis hic in praesenti, & in future, Amen.

Angelica Oratio contra Pestem.

Sancte Deus, sancte Fortis, sancte Immortalis miserere nobis. Media vita in morte sumus, quem queremus adjutorem nisi te Domine? qui pro peccatis nostris justè irasceris. Sancte Deus, sancte Fortis, sancte immortalis, misericors Salvator, amaræ morti ne tradas nos. Ne projicias nos in tempore senectutis, cum defecerit virtus nostra, ne derelinquas nos Domine. Iterum repetitur Sancte Deus, usq; ad Media.

R. A peste, & subitanam mala morte, libera nos Domine.

R. A damnatione perpetua, salva nos Christe Salvator.

O R E M U S,

Omnipotens, & misericors Deus, a spice propitiù super populum M festa-

festati tuæ subjectum: & nenos furor seviens inveniat, dexteratuæ protectio nis præveniat. Per Dominum, &c.

Psalmi Davidici 90. & 30. in tribulatione dicendi, & contra desperationem.

Qui habitat in adjutorio altissimi, in protectione Duci cœli commorabitur. Dicet Domino, susceptor meus es tu, & refugium meum. Deus meus, sperabo in eum; quoniam ipse liberavit me, de laqueo venantium, & à verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis ejus sperabis. Scuto circumdabit te veritas ejus; non timebis à timore nocturno, à Sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris; ab incursu, & Dœmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille & decem millia à dextris tuis; ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum; Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam Angelis suis mandavit de te, ut custodian-

te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super Aspidem, & Basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem. Quoniam in me speravit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognovit nomen meum; Clamabit ad me, & ego exaudiam eum; Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum; Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. Gloria Patri &c. *Psal. 30.*

IN te Domine speravi non confundar in æternum: In iustitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam: accelera ut erreas me. Esto mihi in Deum protectorem, & in Dominum refugium: ut salvum me faciat. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendos spiritum meū: redemisti me Domine Deus veritatis. Glor. Pat. &c.

Oremus.

DEUS, qui contritorum non despicias gemitum, & merentium non spenis

nis affectum, adesto precibus nostris, quas tibi pro tribulatione nostra offerimus, easq; clementer exaudi, ut quid quid contra nos, diabolicæ, atq; humanae moliuntur adversitates, ad nihilum redigantur, & consilio tuæ pietatis allendantur, Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oratio Conjugum.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Sacramentum Matrimonij ad humani generis propagationem, ad hominum consolationem, & à peccato incontinentiae præservationem instituisti; te supplex rogo, ut quandoquidem paternatâ providentiâ, & dispositione hunc matrimonij statum amplexus sum, mihi, & conjugi meæ hanc gratiam dones, ut simus vivamus in omni pudicitia, puritate, & continentia matrimoniali, in amore dilectionis, atq; affectione mutua, nec te ulla, qualicunque ex causa ignorantiae fragilitatis aut malitiae offendamus.

Misericordissime Deus, effunde super nos tuam sanctam Benedictionem, ut à nostra stirpe, ac posteritate laudari, &

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 18. j./

te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super Aspidem, & Basili- scum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem. Quoniam in me speravit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognovit nomen meum; Clamabit ad me, & ego exaudiam eum; Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & gloriificabo eum; Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. Gloria Patri &c. *Psal. 30.*

IN te Domine speravi non confundar in æternum: In iustitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam: accelera ut erreas me. Esto mihi in Deum protectorem, & in Dominum refugium: ut salvum me faciat. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendos spiritum meū: redemisti me Domine Deus veritatis. Glor. Pat. &c.

Oremus.

DEUS, qui contritorum non despicias gemitum, & merentium non spernis

nis affectum, adesto precibus nostris, quas tibi pro tribulatione nostra offerimus, easq; clementer exaudi, ut quid quid contra nos, diabolicæ, atq; humanae moliuntur adversitates, ad nihilum redigantur, & consilio tuæ pietatis alli- dantur. Per Christum Dominum no- strum, Amen.

Oratio Conjugum.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Sacramentum Matrimonij ad hu- mani generis propagationem, ad homi- num consolationem, & à peccato incon- tinentiae præservationem instituisti; te supplex rogo, ut quandoquidem pater- na tuâ providentiâ, & dispositione hunc matrimonij statum amplexus sum, mihi, & conjugi meæ hanc gratiam dones, ut simul vivamus in omni pudicitia, pu- ritate, & continentia matrimoniali, in amore dilectionis, atq; affectione mutua, nec te ulla, qualicunque ex causa igno- rantiæ fragilitatis aut malitiæ offendas.

Misericordissime Deus, effunde super nos tuam sanctam Benedictionem, ut à nostra stirpe, ac posteritate laudari, &

G 6

glo-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g. j./

glorificari possis per omnia saecula: non enim aliam ob causam, ô Infinita Bonitas! prolis desiderio tenemur, pro qua etiam tibi supplicamus, ut cum eam nobis concesseris: eandem ad te diligendum, tibiq; famulandū, conserves, interventibus meritis, atq; suffragijs gloriofissimae Virginis Mariæ, Dei Genitricis, sanctæ Annæ, Elisabethæ, & sancti Ludovici Regis.

Profliga, ô Domine, Sathanam statūs conjugatorum infensissimum hostem, ne vel impuritate aliquā nos inquiet, vel inter nos discordiam, aut contentionem excitet, amputa etiam omnium diffidenciarum, & suspicionum occasions, ut in vera coniunctione animorum vivamus; & ut, qui Dux pacis es, in medio nostrorum habites; da, ut alacri animo intes nos feramus abundantiam, & penuriam, divitias, paupertatem, dolorem, voluptatem, adversitatem, & prosperitatem, morbum, & sanitatem, idq; sine murmure; da, ut cuius est præesse, compararem non contemnat, & cuius est subesse, alterinon dominetur cum offensa. Quod & conjugium nobis jucundum largiri di-

gne

gneris, da, ut liberos nostros educemus in agnitione, & timore Nominis tui, ne vel melliori educatione, & connivenzia, vel illiberali asperitate, aut malo nostro exemplo deteriores reddantur: sed moderata tractatione, & bonâ nostrâ conversatione in timore ingenuo continentur, & in omni virtute, ac gratia proficiant. Si autem proles ad te acceperis, vel plane non dederis, fac nos tuâ ordinatione contentos, prolem bonorum operum, & fructuum spiritualium eo frequentius querere, & gignere, nostrosq; domesticos solicite in observantia mandatorum tuorum enutrire. Concede denique, ut simul laborantes, quæ ad vitam sustentandam necessaria sunt, honestè queramus, quæsita non dilapidemus, sed inde piè, & cum honestate vivamus, ut moderatam, laudabilemque vitam coram te, & universo mundo ducamus, & post hanc vitam simul in tua tabernacula recipiamur in cœlis, Amen,

*Affectus anima devota, tempore
agritudinis.*

O Pater æterne, hoc tuum est donum,
& tua voluntas sancta, benepla-

G 7

cens,

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g. j./

cens, ac perfecta. Benedico te, & me resigno ad omnia, quæ tibi, ô sapientia æterna! placuerint in tempore, & æternitate.

In manibus tuis sortes meæ, sive vivimus, sive morimur, tui bone Jesu sumus. Fiat voluntas tua: sana me Domine, & sanabor, salvum me fac, & salvus ero. Tu enim mortificas, & vivificas. Deducis ad inferos, & reducis.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, finge, & excoque me, si ita tibi visum est, in camino tribulationis, ut fiiam vas in honorem, ad gloriam nominis tui, hic ure, hic seca: modo in æternum parcas!

O Pater, ô Medice animæ meæ, tu nōsti quid expedit, omnia in vero judicio fecisti, ex amore summo, & sapientia æterna. Tu quæso, mecum sis in tribulatione, ut in patientia possideam animam meam: si de manu tua bona suscepimus, mala quare non sustineamus momento uno, pro gloria æterna? si oportuit te pati, & ita intrare in gloriam tuam, nonne, & me sine murmure, & querela oportet? cum tot meis peccatis infernum

sim

sim toties promeritus; cùm tu mihi tanta paraveris; cùm amore mei, ô bonitas immensa, & charitas infinita, dignatus sis mori. Amen.

Conformatio voluntatis nostræ, cum divina, tempore morbi.

O Dulcissime Jesu! neque vitam, neque mortem, sed tuum beneplacitum desidero, te expecto, fiat mihi secundum voluntatem tuam. Si vis, ut moriar, dulcis Jesu! suscipe spiritum meum, & licet ad vesperum veniam novissimus, da mihi, ut tecum, & in te requiem accipiam sempiternam: si verò vis, ut diutius vivam, dulcis Jesu! pro hoc gratiæ tuae suffragium rogo; da ut reliquum vitæ corrígam, atq; in holocaustum me tibi totum offeram in gloriam tuam, secundum beneplacitum tuum, Amen.

Ejaculatoria Egrotantium.

Justus es Domine, & restum judicium tuum. Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas. Deus propitiusesto mihi peccatori: da veniam, & in gratia tua mori. O cur unquam offendit, ô amabilissima bonitas! ô Majestas colendissima. Doleo jam sincerissi-

mo

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. Ig. j./

mo amore tui, qui amari super omnia infinitè dignuses. Agnosco, & amplector charitatem tuam erga me, detestor ingratitudinem meam erga te. Recordare Jesu pie, quod sim causa tuae viae, ne me perdas illâ die. Quærens me sedisti laetus, redemisti crucem passus, tantus labor non sit cassus.

Affectus moribundi.

Agnosce Domine creaturam tuam, non à Dijs alienis creatam, sed à te solo Deo vivo, & vero, quia non est aliud Deus præter te. Agnosce, repeto Domine, creaturam tuam, & animam servi cui, cujus delicta juventutis, & ignorantias, ne memineris; sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto mei in gloria claritatis tuae. Liberet me à crucifixu Christus, qui pro me crucifixus est, Liberet me ab æternam morte Christus, qui pro memori dignatus est. Christus, verus ille Pastor, inter oves suas me agnoscet, & in iorte electorum suorum constitutus. Ita precor, ita spero, in nomine Dei patris, qui me creavit; in nomine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro me passus est, in nomine Spiritus Sancti, qui in me gratiæ suæ sepius effusus est. Am: AD

Ad B.V. Mariam.

Audi & rugemitus, ac dolores ultimos servuli tui, dulcissima Mater mea Virgo Maria: audi fons vitaæ, & veniæ; salus omnium in te sperantium; audi, & intercede, ut à ministris Sathanæ liberatus, cum Christi fidelibus, Filij tui servis, & amicis in beata regione vivorum collocer.

MARIA, Mater gratiæ, Mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & horâ mortis suscipe. Nos cum prole piabene dicat Virgo Maria. Amen.

Ad SS. Angelos.

Angele mi Custos fidelissime, vosquæ purissimi Spiritus cœlestes, Sancte Michael, sancte Gabriel, sancte Raphaël, omnesque alij sancti Angeli Dei, respicite in me, jam ego gemens, & suspirans, mors mihi in oculis est, & mortalium nemo, sed vos potestis succurrere. Ah ne me deserite in his summis angustijs meis, dum momentum illud imminet, in quo salus mea omnis, aut perenne stat exitium. Ah juvate! ante Regem regum pro me supplices procumbite, meumque mihi, obsecro, conciliate Judicem, Sen-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 18. j./

tentiam ego nunc supremam expendo,
vos impetrare eam mihi ad vitam semi-
piternam. Subvenite SS. Angeli, suc-
currete dilectissimi Sancti Dei, Patroni
mei N.N. jamjam aderit Judex meus
Christus Jesus. Miserere, ô Jesu miserere.

Susspiria coram Crucifixo.

AD te iterum Redemptor meus, con-
verti me, convertere & tu ad me,
ô spes unica, Jesu Crucifice. Concede
clementissime Jesu, eti villissimæ huic
creaturæ tuæ beneficium Redemptionis,
& recipe miserabilem animam meam in-
tra brachia misericordiæ tuae. O JESU!
ne perdat me iniquitas mea, quem fecit
omnipotens bonitas tua & refecit im-
mensa charitas tua. O bone JESU, è cu-
jus venis copiosissimus sanguis profluxit
in meiredemptionem. Ergone ego illa
merces tanto pretio comparata? ego certe
œvis illa perdita, fateor; reduc errantem
ô dulcis Pastor, & repone inter illas, quæ
sunt in ovili tuo.

Respic Domine sancte Pater, de excel-
se cœlorum habitaculo; ecce vox san-
guinis fratris nostri Jesu, pro nobis cla-
mat ad te de Cruce. Respic innocentes
manus

manus Christi tui, quæ distillant pretio-
sum sanguinem, ut dimittas iniquitatem
meam, & ne requiras opera manum
mearam. Intueri illud lancea perfora-
sum pectus, & amore mei apertum cor,
meq; ex facro illo fonte renova. Per fa-
cros illos pedes, duris clavis, perforatos,
dirige gressus meos, ut non recedant hâc
horâ à semita lucis & veritatis.

Defige oculos, ô Pater cœlestis! in fa-
ciem hanc dilecti Filij tui, & in membra
conquassata Christi tui: & per mysterias
quas ille amore mei sustinuit, miserere
mei. Propter peccata populi tui vulne-
rasti dilectum cordis tui; eja Pater mis-
ericordissime, quod ego non mereor, me-
retur pro me Christus tuus, cuius amo-
re, amplectere mo gratiâ tuâ ut Filium,
& da mihi osculum pacis æternæ, O Je-
su Crucifice, in quem credo, in quem
spero, quem amo, & amabo in æternum;
affilie nunc potenti manu; miserrimæ
tuæ creature in hac ultima necessitate, ut
feliciter hunc passum mortis pertranseam.
Pone passionem, crucem, & mortem
tuam, inter judicium tuum, & animam
meam. Totum metibi dedo, ne mere-
jici-

:könyvtár:
Régi nyomtatványok, Eperjes tud.

Régi nyomtatványok / 318. 1g. j./

jicias; ad te venio, ne me repellas: sum enim caro de carne tua, & os ex ossibus tuis. Suscipe me Jesu Crucifice inter amaros abrachia tua, quæ pro me in cruce extensa cerno, & complector: suscipe me inter desiderabiles affectus tuos, & trah ad te anhelantem animam meam: suscipe in pace spiritum meum.

Credo, doleo, de peccatis, spero, amo te ô JESU, fiat voluntas tua, Jesu! Maria! dulcissimi amores mei! patiar ego; moriar ego vestri amore: vester sim totus: & nullatenus meus, ac si protus nihil esset: JESU! MARIA.

ITINERARIUM.

IN viam pacis, & prosperitatis dirigat nos omnipotens, & misericors Dominus, & Angelus Raphaël comitetur nobiscum in via, ut cum pace, salute & gaudio revertamur ad propria. Kyrie eleison, Christe eleison, Pater noster. &c. ¶ Salvos fac servostuos. R. Deus meus sperantes in te. ¶ Mitte eis Domine auxilium de sancto. R. Et de Sion tuere eos. ¶ Esto nobis Domine turris fortitudinis. R. A facie inimici. ¶ Nihil proficiat inimicus in nobis, R. Et filius iniquitatis

non

non apponat nocere nobis. ¶. Benedictus Dominus hodie, & quotidie. R. Proferum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum. ¶. Vias tuas Domine demonstra nobis. R. Et semitas tuas edoce nos. ¶. Utinam dirigantur viæ nostræ. R. Ad custodiendas justifications tuas. ¶. Erunt prava indirecta, R. Et aspera in vias planas. ¶. Angelis suis Deus mandavit de te. R. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis. ¶. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ¶. Dominus vobitcum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui filios Istaël per maris medium sicco vestigio ire fecisti, quiq; tribus Magis iter ad te stellâ duce pandisti: tribue nobis quæsumus, iter prosperum, tempusq; tranquillum: ut Angelo tuo sancto comite, ad eum, quo pergerimus, locum, ac deum ad æternæ salutis portum pervenire feliciter valeamus.

DEUS, qui Abraham puerum tuum, de Ur Chaldæorum eductum, per omnes suæ peregrinationis vias illæsum custodisti: quæsumus, ut nos famulos

los

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 18. j.
RÉGI NYOMATVÁNYOK, EPERJES TUD. KÖNYVTÁR:

los tuos custodire digneris : esto nobis Domine in procinctu suffragium, in via solatum, in æstu umbraculum, in pluvia & frigore tegumentum, in latitudine vehiculum, in adversitate præsidum, in fabrico baculus, in naufragio portus: ut te ducem, quo tendimus, prospere perveniamus, & demum incolumes, ad propria redeamus.

Adesto quæsumus Domine, supplicationibus nostris, & viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone, ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietates, tuo semper protegamus auxilio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut familia tua per viam salutis incedat, & Beati Joannis Præcursoris hortamenta sedando, ad eum, quem prædixit, secunda perveniat Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, &c. ¶ Procedamus in pace. In nomine Domini, Amen.

*Oratio contra pericula viarum
anima & corporis.*

JESUS + NAZARENU S + REX + JUDÆORUM. Triumphalis hic titulus,

pro-

protegat, & custodiat me ab omni malo, ab omni infortunio, ab omni peccati opprobrio, & infamia, præsertim à subitanæ, & improvisa morte: O Deus Sanctus, + O Deus fortis + Deus Pater + Deus Filius + Deus Spiritus Sanctus + Am:

Exeo in virtute Dei, exeo in potentia Dei, exeo in efficacia SS. Carnis & Sanguinis ejus, quam B. V. Maria in suis Castissimis visceribus portabat, hæc sit mihi expugnatrix omnium malignorum spirituum, eorumq; phantasmatum, propulsatrix, sit reconciliatrix, propitiatrix, pro omnibus peccatis meis, sit adversiorum meorum propugnatrix; adjuvet me Deus Pater + Deus Filius, + Deus Spiritus Sanctus, Amen.

Sacrosancta Trinitas, & individua Unitas, sit & maneat ante me, retro, super, subtus, & juxta me, ô Je su tibi moriar, & vivam, sim tuus ante, & post mortem; O Deus meus ne derelinquas me sed adfis mihi, in omnibus adversitatibus tribulationibus, & necessitatibus meis. Pax Domini sit semper mecum Amen.

Pax tua illa Domine cœlestis, quam discipulis reliquisti, semper maneat firma

in

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 1g. j./

in corde meo, & sit semper inter me, & inimicos meos, tam visibiles, quam invisibles. Pax Domini, vultus Domini. Corpus Domini, Sangvis Domini nostri Iesu Christi, sit mihi peccatori adjutor & propitiator protector, & defensor, & consolator animae meae, & corporis mei. Agnus Dei qui de Virgine Maria dignatus es nasci, tollensq; in cruce peccatum mundi, miserere corporis, & animae meae. Agnus Dei Christus immolatus, pro salute mundi, per quem salvantur cuncti Fideles: Da mihi in hoc seculo, & in futuro sempiternam pacem, o mi Iesu, per quem omnia liberata sunt, libera me ab omni malo. O mi Iesu, per quem omnia confortata sunt consolare me. O mi Iesu, per quem omnia adjuta sunt, adjuva me in omnibus necessitatibus meis angustijs, negotijs, periculis, & de omnibus infidijs inimicorum visibilium, & invisibilium libera me. In nomine PATRI qui totum mundum creavit; In nomine FILII, qui totum mundum redemit. In nomine SPIRITUS Sancti qui totam legem adimplevit, commendo mea omnia, totum me nunc, & in eternum Amen.

Bene-

Benedictio DEI PATRIS omnipotentis FILII & SPIRITUS Sancti, sit semper tecum Amen.

Benedictio DEI PATRIS omnipotentis, qui omnia solo verbo fecit, sit semper tecum, Amen.

Benedictio Domini nostri IESU Christi Filii DEI Vivi sit semper tecum, Amen.

Benedictio Spiritus Sancti, cum septem donis: sit semper tecum, Amen.

Benedictio B. M. Virginis; cum Filio sit semper tecum, Amen.

Benedictio Angelorum, & Archangelorum, Virtutum, Principatum, Thronorum, Dominationum, Cherubinorum, Seraphinorum, Potestatum: sit semper tecum, Amen.

Benedictio Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium Sanctorum DEI: sit semper tecum, Amen.

Dominus me benedicat, & ab omni malo defendat: & ad vitam perducat eternam, & fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.

H

Bene-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 18. j./

Benedictio quotidiana, contra repentinam malam mortem sepe repetenda.

Hodie impono fronti meæ vexillum + fidei, signum victoræ, titulum triumphalem, Christi Salvadoris, Regis gloriae, Regis Judæorum. Filius Beatae Mariæ Virginis, Triumphator mortis, pro nobis peccatoribus, sub Pontio Pilato Crucifixus, dignetur me peccatore in hodierna die tueri, ab omni perturbatione mentis & corporis: à vexatione Dæmonum & nequam hominum; à potestate inimicorum, visibilium & invisibilium, nec non ab omnibus maleficiis; ab omni pestifero cibo, & potu, dolore & angustia, à confusione & scandalis, à periculis, Ignis & Aquæ; à vitijs & peccatis, ab omni lapsu & ruina, læsione & incommodo, à subitanea & improvvisa mala morte; in virtute Dei Patris + omnipotentis, & Filij + ipsius, & Spiritus + Sancti, Amen.

IN.

172
INDEX Precum.

- | | |
|---------------------------------------------------------------------|-----|
| Aetus Virtutum erga SS. Trinitatem. | 1. |
| Praxis mane totius diei opus Deo consecrandi. | 4. |
| Oratio ad SS. Trinitatem. | 6. |
| Oratio pro gratijs, & virtutibus impetrandas. | 8. |
| Oratio S. Bernardiad SS Nomen Jesu. | 10. |
| Pia exercitatio erga Christum Crucifixum, & quinque ejus vulnera. | 12. |
| Salutationes ad omnia membra Christi | 17. |
| Orationes effectuofæ de Passione Christi | |
| 19. 29. 31. 35. | |
| Orationes Sanctæ Brigittæ de passione Christi. | 19. |
| Oratio brevis ad passionem Christi cum indulgentijs. | 23. |
| Oratio pro liberatione animæ expurgatorio. | 27. |
| Oratio S. Gregorij Papæ de Vulneribus Christi. | 32. |
| Oratio ad obtinenda spiritualiter in corde quinque vulnera Christi. | 33. |
| Oratio de passione Christi in omni tribulatione. | 34. |

Ha-

Ora-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 1g. j./

Orationes ad Crucifixum Jesum pro felici morte impetranda.	35.
Oratiuncula contra subitaneam mortem.	37.
Desideria Diviniamoris in visitatione assumptionis Divini Mysterij usurpanda.	37.
Affectus amantis animae S. Ignatij.	42.
Affectus S. Xaverij.	43.
Septem Divinamoris Jacula.	44.
Quinque amantis animae suspiria.	45.
Artificium ingentis meritum comparandi.	46.
Piae aspirationes ad S. Spiritum.	49.
Oratio S. Ignatio familiaris.	52.
Pia Paraphrasis in eandem orationem.	52.
Adoratio Christij in Eucharistia.	56.
Actus fidei, spei, charitatis coram Venerabili.	57.
Triginta tres petitiones ad Christum per annorum aetatis ejus merita.	58.
Cultus B. V. Mariæ.	63.
Oblationis ipsius ad B. Virginem.	63.
Oratio S. Bernardi ad B. Virginem.	64.
Alia Joannis Lansbergii.	66.
Oratio mendicantis à B. Virg.	68.
Medicamentum spirituale contra pestem aliasque necessitates.	71.
Similis efficaciam oratio ad impetrandum à Deipara quod petis.	77.
Admonitio de Litaniis B. V.	82.

Ora-

Oratiunculæ pro felici morte ad B. V.	83.
Quinque protestationes ad S. Angelum Custodom pro felici morte.	89.
Commendatio ad S. Angelum Custodem.	93.
Forma recitandi Rosarium S. Angeli Custodis.	94.
Oratio S. Michaëli Archang: gratissima.	95.
Litanie ad S. Michaelem Archang.	96.
Efficax oratio ad SS. Trinitatem & S. Michaelem, & alios Angelos in quovis periculo dicenda.	99.
Nova praxis colendi S. Josephum.	101.
Litanie de S. Josepho.	103.
Votiva oratio ad S. Josephum.	106.
Alia pro animi & corporis puritate conservanda.	107.
Cultus S. Xaverij statuum omnium Patroni universalis.	108.
Alia oratio ad S. Xaverium.	110.
Instructio practica petendi, quod vis à S. Xaverio.	111.
Litanie ad S. Xaverium.	113.
Forma eligendi S. Xaverium in Patronum.	116.
Aspirationes S. Xaverio familiares.	117.
Duae orationes ad S. Barbaram V. & M. sine sacra Synaxi ex hac vita non discedendi.	117.

Ora-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.15. j./

- Oratio ad S. Judam Thaddæum in rebus
desperatis patronum. 118.
Oratio ad D. Joannem Nepomucenum,
de fama periclitantium. 120.
Oratio ad S. Disniam Latronem agonis-
zantium Patronum. 123.
Oratio ad S. Antonium, pro inveniendis
rebus perditis, Patronum. 124.
Oratio ad S. Patronum nominis, & con-
firmationis. 125.
Oratio ad quemvis sanctum. 126.
Oratio ad S. Apolloniam contra denti-
um dolores Patronam. 127.
Oratio ad S. Donatum contra aëreas tem-
pestates patronum. 128.
Admonitio de cultu Sanctorum. 129.
Oratio ad S. Paulum Apostolum Conver-
sorum ad Deum Patronum. 130.
Oratio ad S. Blasium Ep. & M. contra gut-
turis morbos. 131.
Oratio ad S. Valentimum Ep. & M. contra
morbum Caducum Patronū. 132.
Oratio ad S. Liborium E. & M. contra
morbum calculi. 134.
Antiphona & Oratio ad B. Virginem con-
tra pestem. 135.
Oratio ad S. Sebastianū contra pestē. 136.
Oratio ad S. Rochum contra pestem. 137.
Oratio ad S. Rosaliam in peste Patro: 138.

Om

- Oratio ad OO. Sanctos. 138.
Preces Miscellaneæ. 139.
Sancta praxis juvandi animas purgato-
rij. 139.
Oratio pro animabus purgatorij. 141.
In introitu Cæmeterij vel Ecclesiæ. 142.
In exitu. 142.
Oratio in transitu Ecclesiæ vel cæme-
terij. 143.
Oratio Belli officialium & militū. 143.
Oratio pro desideratis rebus impetran-
dis. 144.
Alia S. Augustini. 146.
Oratio dicenda in iñodica tristitia. 147.
Oratio in vehementibus corporis dolo-
ribus. 148.
Orationes in tribulatione & angustia. 148.
Angelica oratio contra pestem. 153.
Psalmi Davidici 90. & 30. in tribulatio-
ne dicendi, & contra desperatio-
nem. 154.
Oratio Conjugum. 156.
Affectus animæ devote tempore egritu-
dinis & conformatio voluntatis no-
stræ cū divina tempore morbi. 160.
Eiaculatoria ægrotantium, 160.
Affectus moribundi. 161.
Ad B. V. Mariam. 162.
Ad SS. Angelos. 162.

Suspi-

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár
/318.18. j./

177

- Suspiria coram Crucifixo. 163.
Itinerarium. 165.
Oratio contra pericula viarum & animæ
& corporis. 167.
Benedictio quotidiana contra repenti-
nam mortem. 171

F I N I S



Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.18. j./

318. ig. jegyzék

"Régi nyomtatványok, Eperjes tud.könyvtár:"
3.cím: 3 téTEL